TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. J_MSS_0155

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

BIBLIOTECA COMUNALE
UDINE
Ms. Joppi
155

BIBLIOTECA COMUNALE V. JOPPI UDINE
ms. Joppi
155

155. - Cancianini (*Iani Dominici*) Spilimbe... d'avo Rabatta dell'
volgari. — Alcune odi lat... fini mano contempo
autore del poema « *La cacci*... gli Turco contro l'im
prima origo surgi » sino a c... tav — Poichè all' F
grammata » dello stesso e t... poe altri che ne im
Circa alla metà del codice ... più ancora esistono
cianino con la *Tavola* delle ... del *di Udine* „ cod.
dedica dell'A. al Papa Cleme... è are sopracitati m
1598. L' ultime quattro carte ... dalper le aggiunte
nesca » rivolti a Mons. Gamb... alti
uscirono per le stampe alla fi...
Antonio Joppi, dà la traccia ... (c. di pag. 385 num
dopo la metà del XVI secolo. ... del conda metà). Da
... dal uale sono pure i
... il cti ed il Bartolinia

Da notarsi le « *Poesie* ...
Mss. ined. della B... *cantene Re di S*
... del conte *Ursi*
Cod. in-8.° picc. rile...
colla numerazione dell...
... i cartoni: scritture

Anto
Cánciano
Bernardino
Gian Domenico 1548
Alex° Bernard° Enrico
Gio Bern° Mattia
Bernardino Gio: Francesco
Gio Bern° Bernard° Niccolò Piero
Marco Niccolò Francesco
Bernardino
Marco Pacifico Niccolò

IANI DOMINICI CANCIANINI SPILIMBERGII LIBER ODARVM PRIMVS.

AD PERILLIS. D. ERASMVM VALVASONVM

Sic consecrata, ut antea dicaueram
Quam ERASME odisses edo no tra carmina:
Tibi edo, sed nunc mortua tristi mea,
Es tunti apud nos tu, licet, si mortuus.

PERILLVS TAL D. ERASMO VALVASONO,

ODE I.

MVSA perpetuum, et dulce decus meum
O ERASME bonis orte parentibus,
Claro et nobilibus stemmatis sunt, quibus
Est in consiliis, ut sua dedicant
Tali scripta viro, qui titulo satis
Obscuro decoris præniteat face.
Istos nos sequimur, nec minus ædium
Structores. etenim hi marmoreas seruant
Portas, quæ arte noua, insignibus asperis
Conuertant oculos prætereuntium
In laudem artificisq, et Domus inclytæ.
Huic VALVAS operi, si placet, aureas
VALVASONE tui nominis applico.
Tu Regum propriam, tuq poeticam
Frondem fronte geris. ex populos regis.
Tu docum organica uoca canis modos.
Ah si, quam maderor, grata tibi erunt,
Nil ultra cupio: gratia erit omnium

quo

DE SE ERGA LVCRETIAM

ODE II.

QVO me Cupido, Amor suis
Transfixum iaculis eminus aureis,
Quo me praecipitem, occat!
Non sic acrium mentes inopsciti
Haemum, uel iuga candida
Nimbosae Rhodopes Bacchi quatit pede,
Vt nunc concitus excbor
In vitae exitium: parce Deus, precor.
Rursus parce, precor, Deus:
Poenas alma parens non hominis dedit.
Sedes porrigitur loco
Abrupto, nebulas dispicit in arduas,
Quo uix alitibus uagis,
Heu durum, est aditus. LVx mea nobilis
Hic Sole occiduo CREat
Ortum, quin etiam clara meridiem.
Quae si se propius mihi
Sistat, det radios, seq; simul uolens,
O me tunc ter, et amplius
Foelicem: me alium tunc fatear Iouem.

INOBITVM IACOBI FIL. DOCTISS. ET PROBISS. MARCIANT. FIDVCII,

ODE III.

AVDAX ille, dolo qui petiit Polum,
Et furtim rapuit particulam igneam,
Luget nunc merito uertice Caucasi
Infoelix sibi nascentis escam
Morbos at uarios, et mala febrium

Mortales patimur nos scelere illius.
Luctum quis igitur non dolor excitet?
Vt natum accipiant saxea pondera
FIDVCI obtegere, heu, moribus optimis
Ornatum iuuenem, tam sibi conscium
Et recti, referens ut nitidum diem
Sol, at præcipitans non videatur parem.
Nunc uiuat Genetrix, nunc Pater amplius
Tanta in mœstitia! Vos placido in malis
Vestros respicitis lumine Cœlites,
Vt factum leuius sit patientia.
Nil mortis dubiæ certius est uia.
Hæc nescit lacrymis flectier impia.

DE DIVA HIERONYMA COLVMNA

ODE IIII.

CERTAMVS Pario non hîc de marmore factam,
Aut Ephyreo ex ære columnam
Carmine sublimi, dulcíq; attollere cantu,
Æternæ sacraréq; Famæ.
Illa COLVMNA modis attollitur ardua nostris,
Quæ Tybrin suffulcit ad amnem
Quic quid Iuno dedit, Pallas, charitesq;, Venusq;,
Et, Veneris stirps alma, Cupido.

AD ACAPITVM SACERDOTEM,

ODE V.

IAm sat aurarum, pluuiáq; nobis
Æolus fudit, satis at pauentes
Accolas flumen nimium propinqua
Terruit unda.

En fluit torrens aliàs negatis
Viribus. carnis, rigidas et ornos
Erutas uoluit, Tiliasq; prono
Discutit ictue!
Heu deest Pinus puerum uoluptas,
Heu nemus flexum, positum fagace
Aucipe, accentum temerè insecutis
Funera Turdis.
Defluunt coelo nebulæ madentes,
Nec tamen puri facies Olympi
Panditur terris. tonat, et minatur
Ignibus æther.
Obstrepunt uenti, quatiuntq; turres.
Non uides ullam uirides mouere
Arborem crines. decus omne syluæ
Abstulit Auster.
Voce Syluanum querula locutum
Rupe senserunt ouium magistri
Ardua. hùc fugit metuens reuerti
Soecula Pyrrhæ.
Eia age ô diuis igitur sacerdos
Grate, dulci tram fide fac deorum
Tamperes. tu hoc ni facies, nec alter
Gesserit ullus.

AD LEONARDVM CARGAM, olim eius Doctorem,
ODE VI.

O nouem candor, decus et sororum,
Carga, queis lymphas solido retexit
Pegasus cornu feriens parentis
Ossa uetustæ,

In sinu quarum positus decenti,
Delphicus qualis pater ipse fecit,
Gutur excalptis auidum frequenter
Proluis undis:

Quid prius laudum memorem tuarum!
Qua uel arguta resonem Camoena
Integram, puram scelerisq́ uitam,
Ingeniumq́

Hoc latet quicquid Sophia reposrum,
Promis q́ doctis Heliconis antris:
Græcia et discit, Latium tuoq́
Pendet ab ore.

Hac per infames scopulos iturus
Tutus euadar, per et Æsculosæ
Daunię Syluas. tibi non timendus
Ianitor Orci.

GAVDIA NOBIS NON ESSE PERPETVA,
et mortem nulla demum potissima ope uitari posse.
ODE VII.

QVEM nam sic facilis perdere mors viros
Heroen queruls non sine honoribus
Isto claudit in antro!
Qui sic flebiliter gemunt,
Spretis mundicijs' Prô Superûm fidem'
Mutantur Superi, si liceat loqui.
Tu nunc aurea sentis,
Tu nunc ferrea Numina.

Ah quantum miseri deniǵ sunt, quibus
Intentata fauent principio Noti
Nigri flamina, longo

Exemplo

Exemplo ut pareat omnibus.
Ah, quencunq; uocant regna Proserpinæ,
Illum non tabulæ, non pariés faces
Ostendit redeuntem
Effugisse manus sæuæ.

AD BACCHVM,
ODE VIII.

QVEM tu teneri oculo uides,
Cum primum ex utero matris init diem,
O Lenæe pater, [illegible]
Tyrrhso deposito cum facie truci:
Illum non litui, et tubæ,
Permisto aut sonitu bellica tympana,
Non fulgor inuat agminum,
Non lauus galeæ. pacem amat, et sapit
Croesi conditionibus
Illum non moueam currere per freta,
Litus nec pede tangere
Externum; scopulus quin solidus manet
Auri fluctibus. haud suæ
Matris dilacerat uiscera parcula,
Solis agricolis labor
Dignus, centimanum progenie fera
Nunquam per iuga montium,
Nec per planiciem consicitur uagus;
Vmbra sed recubans meri
Exercet cyathos, hinc querimonijs,
Hinc curis, et aqua procul,
Quam peius refugit sanguine uipera.
Sed quis carminibus modus!

Plenum muneribus Bacche paterni tuis,
Illum non tenuis Polus,
Quin nec terrificat fulmina Iuppiter.

AD IOANNEM BAPTISTAM BLANCVM,

ODE IX.

VATES Pindaricum carmen Horatius,
Et quicquid resonat carmine Pindarus
Vnquam non morituro
Miris laudibus euehat
Hinc tum Parthenius collat ad ardua,
Quæ tangit uiridi sydera uertice,
Qualis lucidus Atlas
Sublimis columen Poli
Hunc laudent alii, tuq; simul, dedit
Cui dono Aonii in uerticibus sacris
Montis Clarus Apollo
Cygni cum Cithara, sonum.
Nos te, qui niueum es totus in alitem
Mutatus, tenui dicere carmine
Conamur, premit altus
Quos præter solitum stupor.

AD FAVSTVM CARGAM,

ODE X.

TE uocat urbs Patrui! linquantur Carga Penates.
Hac iter ad Superos.
Nec te distineant nebulæ Iunonis, et imbres,
Quais madet usq; Solum;
Omine nanq; isto constat te uertice posse
Astra ferire breui.

formidas.

Formidas? comitem me nelles? non tibi tali
(Crede) opus auxilio est.
Pallas, et alma Venus, Charitesq; nouemq; Sorores
Sunt satis, atq; super.

AD PVEROS, ET PVELLAS,

XI.

NVNC o cum scribus uos Pueri DEVM,
Vos pura Iuuenes matribus additæ
Ino corde MARIAM,
Summa et uoce precamini,
Vt sine auxilio Christicolis fugant
In noctes Erebi Tartareum canem.

Vnusquisq; suprema
CHRISTVM sollicitet prece.
Tollant hi galidum (quis dubitet?) matrum aut
Rabus compositis, exitio aut rates
Sternentes Othomanas,
Quo ne illis libeat modo.

AD SELIN IMP. TVRCAR.

XII.

QVIS te o deorum, quis furor impulit
Foedus paternum rumpere prælio
Tentator audax? quid LEONEM
Immerito VENETVM lacesti?
Cœlestis, alto consilio et potens,
Prestansq; tanto robore, num fera
Syluæ uidebatur? putasti
Posse sua hunc spoliare pelle?
Non tis
Non, qui uiuenti sub Nemees coma

Ceruice fractus concidit, hic LEO:
Qui Sed distat illi, cum iuuenco
Sanguineus placido Lycaon
Quin si resurgat maximus Hercules,
Clauam timeret stringere dextera
In prapotentem: pertimendum
Vngue recuruo, et hyanta rictu.
Vides, ut hostis per mare, per solum,
Et per sonantem se rapit aera
Te te requirens, annuente
Concilio Iouis, et Deorum?
Iam fulminantem dentibus ejecit
Accensus ignem, iam pauido imminet
Arectus alis, iam suprema
Te ferus exagitat ruina.

ESSE BIBENDVM OB VENETAM VICTORIAM.

ODE XIII.

At quis uetustum promere Coecubum
Spernit diota? nunc patera graues
Exhauriantur. nunc bibacem
Teutona me faciat uolantas,
Donec maderi lumina comprimens
Morpheus suauem sensibus inferat
Oblitionem. quid moraris?
Dulce merum puer huc ministra.
Hostis deorum perpetuus Scythes,
Nostergi tinctum sanguine Thracio
Potauit aequor. nos oleri
Vina decent saturata nocho.

AD SOMNVM,

ODE XIIII

O, qui me inani ludis imagine,
Fuscis tenebris et caput, et latus
Vtrunq; tectus, Somne, nocteis
Mitte mala specie carentes.
Sic tum te supinus propter aquæ cancam
Riuum strepentis, dicere pernicax
Quantum olim Vlyxes, te fauente,
Cum socio potuisset uno.
Tydida sumpto is Threicios dedit
Pallentis Orci sedibus inferis.
Rheso et perempto, castra raptis
Vectus equis ad amica cessit.

AD ALBVM,

ODE XV

TERRIS propinquo cur mihi cereas
Natura pennas ingenii dedit?
Cur ne uolucris non Dionæ
Ala uehit per amœna cœli?
Nam qualis ulta Tros Phrygiæ iniugis
Venator errans (sic placuit Ioui
Flauente præsignis capillo)
Æthera transiluisse fertur:
Cygnus supremum te super æquor
Ferrem canorus, quem peramant Dei
Lauro coronandum, rosisq;, O
Albe aliis melius canende.
Exempla terrent multicolum reari.
Laudaris alto carmine ab optimis,

Quodcunq; cantas, atq; dicis
Auspice Parthenij camœna.

IN QUANDAM, CVIVS NOMEN SILETVR,

ODE XVI.

O matre turpi filia turpior,
Quaïs criminosis te lacerem modis
Dignam Charibdi uorticosa,
Aut tremulis crepitare flammis?
Æs tam frequenti uerbere non strepit
Lunæ laboranti auxilium ferens;
Insana Bacchi non sacerdos
Sic geminat rigidos boatus:
Ut semper urgebo opprobriis feram,
Pontoq; dictis asperioribus,
Ac ense torui præliantis,
Et Ioue, cùm sua tela mittit.
Natura ab omni parte tulit fugax
Fœdum, quod istam turpet imaginem
Mores Myconæ fraudulentos,
Nitidiq; lucrymasq; mœstri.
Me iusta biis concitet asperum
Ad facta tandem. supplicium graue
Sis certa nostris perferrendi
Et manibus meritum paratur.
Fias licebit matrior omnibus,
Mutare latis non uolo tristia,
Nec dicta uerè destruantur.
Crede animum mihi non amicum.

DE HOMINVM VITIIS, ET DEORVM GENTILIVM

ODE XVII.

IAm nunc quid audax, quid fidibus parat
Aptare Clio? quo nemore, aut specu,
Quo monte Musis dedicato
Sic mihi præmeditata uenit?
Vos pulchra pictis gramina floribus,
Dumosa rupes, Lauriferum nemus,
Aues canoræ frondibus,
Quæ recinam comitata plectro.
Canto deorum flagitia, et uirûm.
Auditis? et di crimina non uacant,
Quamuis nitenti Nectar olim
(Fama tulit) biberint Olympo.
O prisca quos, quos suspicit, et colit
Ætas: suprema ad sydera quos uehit:
Quos stulta Caruagi imminentis
Esse putat, dominosq; Terræ:
Non qualis altus sit nemoro pater,
Saturnus arcu quem Superûm dedit,
(Semper parentes sunt colendi)
Qui niueas sequitur puellas.
Binus calenti non satis Euhyo est
Ortus. renasci num quoq, sed Iouis
Deberet ipso de cerebro;
Mens etenim furiata uexat.
Rixis amicos, bella ciens mero,
Tradit proteruis, duro et Achilli.
Contundit illos, et cruentat.
Talibus illecebris iocatur.

Descendit astris sæpe Cupidinum
Lasciua mater oloribus;
Mutaq; complexus Deorum,
Æthariis satiata furtis.
Vulcane fracto nunc pede claudica,
Nunc disce, Pallas quid ualeat ferox
Contra hos salaces, qui pudorem
Virginibus rapere experiscunt.
Se nil nocentem, pexe datum neci
Vexit Phaselus per mare Lemnius
Longe Sicanos ad Cyclopas;
Exul ubi strepit officina.
In non uirili non sibi feraditu
Culeu trahebat pollice uellera
Prognatus Alcmena? minacis
Non domine metuebat ictus!
Vnum reponam de egregiis duce
Factis Diana, quæ in Niobes genus
Cum fratre telis sæuiente
Haud facinus rigidum patrauit.
Hæc sola tantum sæuitiæ dedit
Exemplar. Actæon uagus inuios
Saltus peruerrans sorte praua
Peruenit ad laticam latentem.
Irata tunc, heu, Syluipotens dea,
Quod se abluentem uiderit, illico
Ceruum in fugacem uertit illum,
Vt canibus propriis noretur.
Tangenda nunc sunt rustica Numina:
Nymphaq, Fauniq, ac Satyri truces,
Syluani, et o uos. uos ferarum

Quisq; uocet merito' sodales.
Fratris miselli sanguine Romulas
Gaudet profusus martigenam manum:
Est oci amator Numa, mendax
Annibalem metuo, et Catonem.
Albus, decentum flos iuuenum, et decus,
Coelo nec ipsi suauiter albicans,
Laudes meretur solus omnes,
Tam rimia integritate floret
Sed institutum desero cur meum!
Cur laudo demum! nunc cito' corrigam,
Laudes amici sic recantans:
Quae ultra modum, est moderanda uirtus.

AD RAPHAELEM CYLLENIVM.

ODE XVIII.

RAPHAEL uirtute nitens parentis,
Voce quidocta iuuenum audientum
Euehis mentes, uiridi locasq; in
Vertice Pindi,
Degener non es, genitore natus,
Quo magis nullum Sophia refertum
Cernit Argois, Latiisue in oris
Pulcher Apollo.
Es tui magnum decus, et tuorum,
Optimus cultae fidicen Thaliae,
Seu canis Martis fera bella, siue
Dulcia furta.
Te meae semper resonent camoenae.
Vsq; Cylleni meditabor, ut te
Laudibus tollam super astra, Vates

Sim licet imus.

IN FVNVS FAVSTI CARGÆ
ODE XIX.

DESCENDE Pindo tristia lugubri
Complexa ramo tempora, Pieri
Regina: nigræ num Cupressi
quippe decent, querulumq; carmen.
Tecum sorores sint aliæ. nouem
Adsitis omnes, et fleat inuicem
Vecerûm peremptum quæq; Alumnum,
Quî ante diem cohibetur urna.
Num uana cerno? num lacrymabilem
Me ludit error? prospicio iuga
Montis relinqui. iam hîc Camœnæ.
Calliope mouet ecce plectrum. 17.
Dum pulsat unco pectine barbiton,
Stant expetentes carmina dicere
Alterna musæ. nec locosos
Mente modos meditantur ægra
CALLIOPE
Cuncta, heu, sciastis progeniem Iouis,
Deúmq. hinc noscimus omnia.
Mœremus? at nunc cuncta nosse.
Plura loqui uetat ipse mœror.
CLIO.
Cerno fugaci uita uolucrior
Fugit bonorum. non ita palmulis
Instructa Pinus, linteisq;
Remigio, et Borea it secundo.
ERATO

E heu seuerae quanta proteruitas
Innata mortis: quos necat inuida.
Faustum Camoenis sic amatum
Sustulit, ah, subitam rapinam.

THALIA.

Tali nulla nusquam flore nitet plaga.
Narcissus aequa haud conspicuus suis
Floret rubetis, atq; dumis,
Vt decori fuit ille Pindo.

TERPSICORE.

Ter functus octo, queis superadditur
Vix unus, annis, moenia Brixiae
Linquit dolentis, nec penatcis
Morte obita patrios revisit.

EVTERPE.

Excussit arces montibus insitas
Ipsosq montes Terra tremens, grauis
Commota letho promerentis
Viuere perpetuo, haud perire.

POLYMNIA.

Periuit Orbi, non perijt Polo.
Secum recessit uiuida Faustitas.
O Terra, quando te uidebit
Sol properans hilarem quadrijgis:

VRANIA.

Viuit supernis. astra perambulans
Tollit supremum carminibus rotam.
Praesente Fausto gaudet Aether,
Aethere quo fruitur beatus.

IANI DOMINICI CANCIANINI SPILIM. LIBER ODARVM SECVNDVS

PERILLVS. D. ERASMO VALVASONO.

QVO PACTO MORA ALBA REPARATA SINT,

ODE I.

PHOEBVS cocosæ me citharæ modis
Aptare iussit dulcia, non prius
Vulgata terris, facta Martis
Percupidi, et Veneris benignæ.
Nimi ad sepulchrum, quo Babilonij
Venêre amantes alite lugubri,
Morum sub atram mars, Venusq;
Conueniunt, fore se hîc putantes
Tutos ab altis iudiciis Poli
Visuq; nam quæ suspicio, locus
Si luctuosus! quis uideret
Desuper hos foliis opacis!
Vix nuda Cypris se posuit Solo,
Herbaq; molli, cum femora illius
Lasciuus inter pulchra maiorq;
Se insinuans, subitò est solatus.
Fluxêre sentim semina candida
Radicem ad imam. cernitur arboris
Hinc fœtus albus, dulciores
Nunc auidis epulæ puellis.

Vix se uireti composuit Solo
Cypris supinam, cum

DE RIPA IVDÆORVM.

ODE II.

VIDES ruinam, quam lapides sibi,
Tellusq; ducit! cernis, ut indies

Se se peredit nil rosarum
Ripa ferens, neq; granicem ullum.
Hæc cæteris, hæc sola virentibus
Adiuncta ripis excidio rigat.
Hæc execrata est nempe ripa,
Quos tegit, ob cineres iniquos.
Iudæa proles perdita victima
Plutonis atri, dicitur abdita
In constitutis hîc sepulchris
Temporibus veterum mearum.
Nos Christianis esse fidem monat
Vero perennam. discimus alteram
Falso ruentem. Rex supremus
Talia, non ego sum loquutus.

STVLTISSIMOS ESSE RVSTICOS, QVI SE RVSTICOS APPELLARI NOLVNT, ODE III.

Hoc sæpe mecum rura perambulans
Excogitabam, cùm mihi et obuius
Duros capillos pileatus,
Ruricola aduenienbat vrbem:
Qua causa nam sit, num ne superbia,
An captio mentis mage rustico,
Vt cum se amet sic, et mala vrbi
Sic cupiat, patrium malignus
Audire nomen semper abhorreat
Sucum: quid istud! non ego rusticus:
Clamans suprema uoce, uultu
Terribili, et digito minaci.
Donec reuinctus piniferum caput

Mi frende acuta prædiolum meum
Pertranseunte Faunus inquit
Quod meditare, scio. COLONVS
Est COLLI quàm magnum onvs, et graue,
Qui rura; rutis quis putat boni
Nomen proteruum. Rusticum me
Quisq; deum uocet, atq; adoret.

AD VALERIVM CARBONEM, TANTVM NOMINE COMPATREM, ODE IIII.

CANDIDE ancillæ mihi non pudendæ
Est amor dulcis. mea Gallichina
Me tenet uinctum, teneatq; semper
Compede multa:
Cribibur flauis, oculoq; amico,
Lubrico nudoq; nitente papillis,
Et iocis blandis, nitido ac lepore,
Speq; secunda.
Lilio prorsus similis uenusto,
Membra dum celat uiridi colore:
Cæruleo circumposito est amictu
Aurea Phoebe.
Talis Atridæ Priameia virgo,
Talis Aiaci placuit Tecmessa,
Capta Briseis rapuitq; forma
Talis Achillem.
Vt tuam Carbo superat Melinnam,
Compatrem sic te faciam per illam.
Gallichina, urens, mihi Gallichina
Pectore tota est.

AD GASTAREM CARGAM

ODE V.

MENS scandit alte, nec tamen arduum
Tangis per ullos ingenii gradus
Quid, Carga, sit, quo tam repente
Totus Amor tua corda fugit.
Et semper istud tu nimium stupes
Insomnis, Haemo Thyas ut algido,
Matrisq; diuorum Sacerdos,
Pinifera cum agitatur Ida.
Si me obsecrabis plus gemina uice,
Arcana dicam. solus ago scio.
Sic esse iurabis per arcum,
Perq; dei aligeri pharetram.
Ille, ille (opinor, quem refcram tenas)
Gygas minutus, corpore languido,
Qui affectat alti regna Coeli,
Seq; putat nitidis amari
Passim puellis, ille Paphi deam,
Cum matre et omnes ille cupidines
Pellexit ad se. sic putauit,
Ludibrium Veneri, atq; ludus.
Liquesset almam prona Venus Cypron,
Gnydon, Cythera, et Cycladas, et mare,
Quo nata, complexusq; Martis,
Ne foret hoc procul a theatro.

PASTOREM CVCVLLVM INAVEM,

ODE VI.

LVCIS amoenis, qua liquido strepens
It Tilla uentum, et [illegible] gradu,

Iuxta Septimbergi salictum
Pastor erat speciosus olim,
Dictus Cucullus, cum sociis suis
Ludens, iuuenci gramina dum, et boues
Pascunt propinquè, quæritabat,
Frutice nam medio latebat.
Frustra perrerrant. at tamen huc iacit
Huc ad sodales: gaudia percipit
Et tanta, quantum uoce crebra
Verberat in siluã uagantes.
Tunc è uirenti semifer arbuto
Miratus ipsum, prosilit, et rapit.
Ac uim talisset, si Tonantis
Coniugis auxilium, et sororis
Non inuocasset. uersus in alitem
Puer salacis Capripedis manus
Effugit. unusquisq; plumas
Obstupet ad se itidem uocantis.

AD ANTHEVM,
ODE VII.

HVc huc canora uoce nemus sonat
Anthee pulchra à uirgine nobili
Dilecte: prædicit Cucullus
Tempora coniugii futura,
Prius petitus. iam siluit: roga.
Nam is quot huc huc concinuerit tibi,
Lapsis tot annis, tu maritus
Quippe nouus thalamo iacebis
Uxori adhærens, plurima cui dabis
Vultu uenusto, et pectore basia,

Desiderantí quinta denum
Munera Acidaliæ propinquæ.
Hucusq; coelebs, dicere nilt amis
Diuina, uiues. carmina parnula,
At magna utrum præcinendo.
Carmina Pronuba subministerat.

AD CVPIDINEM,
ODE VIII.

NEc te Cupído cura teneat mei;
Nec militantem præsidio iuuas
Arcus sonantis, quo omne cerris
Omne feris: ualeant ocelli.
Si signa amantis militiæ fero,
Atq; uror, ut non sit Lybiæ seges
Matura campis, Ætna ue igni
Assiduo caleat perustus:
Tandem puellæ duritiam aspera,
Qua coliquesco, cautibus in mare
Transferto surdis, ac in hostem
Dux pharetram uidua sagittis;
Huius tryumphi gloria nobilis
Nam spectat ad te tota. uolucribus
Pedis decorum tu refringes:
Sursum ego mox frenue reundam.

AD VALERIVM FANNIVM,
ODE IX.

VVLGI profana non tuum scientia
Rectis retorquet a uiis
Amica Fanni cursum: amas pecuniam,

Virtute sed multo minus.
Spectanda virtus est bonum a deis datum
Dignos polo beans viros.
Opes, amicos, studia, sublimes gradus,
Probéq; uitam a funere.
At stulta turba (prob deû, boni dei)
Cicers cachinos disputat
Cum intelligentibus. placet multum, loqui
Audire tales belluas.

SE OTIOSUM, DONEC VIVAT, NON FORE,
et se bis a Bernardino Lucatello M. Phys.
a morte abreptum.

ODE X.

PULSARE donec lingua erit chordas poteris
Vocalis haec fuit chelys,
Haec pecten est unus, nec ulla egens manu,
Nam sponte se mouens sonat,
Dum suppetet uox, spiritusq; artus ve
Infusus a magno Deo,
Ut per laborem nomen hîc relinquerem.
Ignaue Somne, et Otium
Abeste cum sodalibus nostris, iocis
Inertibus. uos, Aolidæ
Laborem adite, qui precæ, omnibusq; uos
Votis uocat quantum potest,
Nunquam quietus, scilicet frustra voc
Saxum illico uolubile.
Bis Sisyphus sub Tartaro uisus hi est.
Bis Lucatellus ejotulit.

12

ODARVM

DE [illegible] CARLESIO, MVSICO,

ODE XI.

QVIS tam profanus, tam gelidus deûm
Cultor suaues Carlesij modos,
Mutasq; sacras non frequentat,
Aut refugit pia templa surdus?
Non obstinatæ gentis asperis,
Non Tigridi atræ, aut alitibus feris
Aures fuerunt, dum remotis
Rupibus, et syluis canebat
Orpheus. canora qui cithara sonans
Montes mouebat, flumina carmine
Sistebat: ipsum qui Trifaucem
Redarguit, Eumenidasq; miter.
Hic alter Orpheus hæc eadem facit:
Tum hens profundis a regionibus
Adsciara diuûm tecta plures
Prouius Euridicas sequentes.

DECENTISSIMAM VIRGINEM
HOSPES ALLOQVITVR,
ODE XII.

QVÆ [illegible] apposuit ne tibi candida
Accensum iuuenem syderibus tuis
Nunc, cùm fit niger Æther,
Et Sol Oceanum subit?
Atqui non alium credimus hospitem
Suspirare tuis virgo caloribus
Æque, et pectore aduri,
Tanta et sollicitum fide.

Vt pastor uirid' gramine pascu'
Gaudet forte uidens perpicuam rosam,
Mox se flore beatum
Decerpto leuiter, putat:
Sic uultu niueo laetitiam allicis,
Et nigris oculis plus nimio places
Tu formosior omni'
Pulchra, tuq; beatior.
Cui te coniugii copula iunxerit!
Cui fida haec Superi gaudia destinant!
Si mortalia curant,
Certe hoc coniugium est deis
Curae. sed quid ago! cur tibi sum more!
Inuitis teneo teq; parentibus!
Iam nunc alaudae paenor
Portas, (me miserum) et uale.

21.

IN QUENDAM REMIGEM GRAMMATISTAM,
DE XIII.

Non ulla nobis pax sit, aut discordia
O'abrq; fama, et nomine
Tecum, ualut si mortuus recondito
Tuo lateres puluere:
Non est enim cum mortuis negotium,
Aut otium uiuentibus..
Vterendus est profanus hic Neptunus,
Casus flagellis undiq;!
Superbus est insciti'a! sic aucupans
Falsos honores ambulat!
O'tempora: o mores: hic at foede improba
Lingua docet, boni' inscius.

Boni potest quid imbibi audientibus,
Hoc hoc magistero Liberûm?

AD LVCRETIVM ATAVVM,
ODE xiiii.

QVID mare, quid terram, quid cœlum, atq; æthera frustra
Æmulus Aretitæ usq; remensus,
Te similem ut præstes Lucretî, æmuleris illi
Par numerorq, mentemq; fatigas?
Hoc tibi nequicquam prodest, me iudice ueri;
Sed nocat, et labor est moriturę.
Lætum carpe diem præsenti credulus horæ;
Nam ubi peruentum est, quo Aniodare,
Et Faustus, quondam dilecti, ut uita, sodales;
Telluris tunc corpore fuso
Angustum, heu, spatium metimur lumine cassi.
Iam instans mortis premet umbra.

OB ABSENTIAM LYCES, quæ ad patrem in Sanctilliti oppida ægrotantem, se contulerat, ODE xv.

HEV desideriis est metus, et dolor.
Quis hoc quæ meditor, quæ ue gemo breui
Vertu, scire potest? dimidium Lyces
Mentis, pars animæ est mea.
Nam, quamuis procul, incredibili modo
Longinquas uidet hîc sollicitudines,
Nostrq; ex animo carnitur ipsius.
Nobis uis ea mutua est.
Ergo cum lacrymis colloquar, intimas
Aduersoq; deos milla feram preces,

Qui

Qui sancto Genius praesidet oppido,
Vnde id nomen habet sibi.
Vitam VITE (precor) ne dare deroga
Aegroto capiti: iam incolumem Lyce
Patrem redde meae. sic ego mox tuis
Cunctis te anteferam lyra.

IN NUPTIAS MISERANDAE LYCES,
ODE XVI.

Non monstruosum, non memorabile
Factum, et per Orbis dicier ultimas
Res digna partes, trans Britannos,
Massagetas, Arabasq, et Indos?
Vltraq multum! quae est aliud solum?
Famae volanti si omnia littora
Extrema fas est, atq adire
Antipodum uario ore tertas. 29/
Musae potentes, uos melioribus
Sennis uolucrum tendite in aera;
Et iam biformes, hanc sonoris
Cum fidibus rapidam secutae,
Implete mundum. buccina non satis:
Neq ipsa linguis diua loquacior
Cunctis, ad istum sola tantum
Sufficeret, uaga Fama, casum.
Non sunt timendorum fera proelia
Tractanda Regum, aut mitia uirginum,
Formidolosi nec tumultus
Virgine pro placita duobus.
Et non, quod ullis attulerit dies
Priscis, canendum. dicitq, quod Lyce

14

Est

Est iuncta Cyrto: mira, quando est
Connubium sine amore ab ipsis.
Falsum maritus turpior omnibus,
Qui sunt, fuerunt, qui et uenient Lyces,
Vultu puella sic nitenti,
Luminibus potuit placare!
Num, prominentes quem sepulcri undiq
Tergo rigenti, et pectore muriunt,
Talis Cupido fregerit, si
Non ualeat peretrare fulmen
Iouis trisulcum? quo manus ignea
Gentes, et urbes concutit, et metum
Intendit imis, atq summis,
Quo dira Ceraunia contremuerunt:
Scinderit nubes principio agilas,
Mox quicquid obstat disiciente, ecu
Alpes propinquas cum fragore
Horrisono, ignibus et coruscis.
Restat, capellis innocui Lari
Iungantur, ursi sint sociabiles
Vnà, et iuuencæ, gestiebes
Nubere dispari marito.

IN FALSVM MALEDICVM,
ODE XVII.

PATER nefasto te genuit die,
Aut nocte dira, dum uaga Colchicis
Magus uenenis Olympo
Astra trahit, tumulisq Sagæ
Imis uagantur murmure, quo tremit
Tellus, quo aperto Cerberus ostio

Longè

Longè recedit, supernas
Vnde anima uenerat ad auras,
Sanis coactæ membribus suos
Artus solutos sumere, quo prius:
Et somniantes tremendis
Visibus, et uigiles molestant.
Abominato è gurgite, non sacro
E fonte, natus primitias aquæ
Vdis tulisti capillis,
Thisiphone fuit et sacerdos:
Multum maligna quæ tibi uiperæ
Linguam rubentem sanguine noxio
Cum sibilis viparinis
Imposuit, propria uenulsa.

AD HENRICVM POLITIANVM CONTEMPORANEVM.
ODE XVIII.

31

Mi triplex iam lustrum facit annus, ut non
Lustra sint sex continuè peracta.
Prodij in lucem dominante mensium
Principe Ianus.
Mater hinc nomen, pater indidit, ne
Forte ne credas mihi perperam esse
Inditum sam' dominique nomen
Politiane.
Verba, quæ dico, magis obstupenda,
Crede, sunt his, quæ audieras in urbe
Bergomi ob Ianos celebri per orbem, at
Callida dicta.
Sed furus Sciron, malus et procruster,
Cerberus nullem potiusque dici,

15

Ipse

Iosa quin Orcus (mea mens ita est) quam
Nomine Ianus.

Iam meos ortus bene nosciis, eorum,
Nomina, et causas. agedum, Sobrine,
Me uocaris, clama; secet aut secundum
Aethera nomen.

DE HISTRICE AD AMICVM,
ODE XIX.

INFENSVS ulli, ni ratio mouet,
Amice non sis. sis potius ferens
Iniuriarum, quam te iniquis
Constituas sceuerare factis.
Delicta Reges ipsi etiam luunt.
Castigat illos rempe Dieppiter,
Qui ulciscit ab alta sede coeli
Facta uirum scelerosa nouit.
Nunc mi canendus perfidus Histrix
Histrix tyrannus, dicitur Hystria
A quo, cruentum qui benigna
Sub specie hospitium parabat.
Pungi dolentes funibus hospites
Strator ligabat suppositis toris.
Exhauriebat sic cruorem,
Atq animam spoliabat artus.
Lustrabat illum Coelicolum pater
Terras patentes. accipit, is Iouem
Aurumq, et ostro, sed cultis
Seruscarat inuidus dolosq
Spinas, eburnis assimulauerat
Se Coelitum Rege non humilem uirum.

Fingit

Finxitq nomen, quæ sibi esset omnis
Suspicio Iouis hinc remota.
Fixo venatis syderibus polo,
Passim micabat nox liuido aethere,
Somnusq palpebris inuerens
Languidulas quatiebat aures.
Vt præparati stragula contigit
Lecti deorum maximus: et prope
Mutatus Hirtriz, sponte in ipsum
Cuspidibus subito refixis.
Horrens relinquit limina regia,
Cadens suina cum facie auia
In lustra, spinarum in molossos
Missilium iaculator horreis.
Syluæ potentis dericq laserat
Canes. quid altra! figitur in pecu
Transfixus a telo Dianæ.
Sic manet et iaculo peremptus.
Hinc Pinus arbor, quæ foliis uirens
Pungit rotundis, fertur, ac minans
Sese per auras, fulmen alti
Vsq Iouis metuens cacumen.

QVERITVR DE MORTE HENRICI VNICI FR.

ODE XX.

PALMIS supinis ab gnotias poli
Regem precatus sum, et madi is genis,
Dum frater ægrotus laborat,
Pro uetita misero salute:
Fas mi dolenti promere, quæ sacris
Audita fanis. TV PETITO MEVM

QVÆCVNQVE PATREM. CVNCTA NATI
NOMINE PRÆCIPVO DABVNTVR.
Sed iusta recto proueniunt Deo.
Quid? non regauit iusta parem dies
Cui nulla dudum procreauit
Integritate, fideq; claro?
Quò musa tendis? iam querulis modis
Impone finem Melpomene. preces
Non dissiparunt Euri in auras.
Vera Salus (prærubine) Olympum.

ODE XXI.

CALIGINOSOS deuia per specus
Mentis uagatur uis mea, montium
Quærens latebras nigriores,
Carminibus, citharaq; nocteis.
Sol mutat umbras: pellitur et dies
Nocte, et die nox. nil stabile hic uides.
Sursum, deorsum, cuncta uoluit
Nunc mihi, nunc tibi Sors maligna.
Fortuna nulli firma negatis
Magnis timores, pauperibus struit
Spes. prata florent uere multis
Floribus, et uariis colore.
Iacet molossus, frat uigilis Lacon.
Iuuenca ludit gramina libere.
Tauro propinquo nil timetur.
Consilium sapiens ministrat.
Coelantur atro non mihi si dea
Nocturna coelo, cùm liquidus nitet
Aer; nec ullis sunt diurno

Tampone

Tam vera, si aspiciunt, tenebræ.
Imaginoso non specus omnia
Possunt referri se inspicientibus.
Quam difficulter multa, sed plus
Difficile est animum intueri.
Loquor scienti: quæ loquor et scio.
Paruam per urbem parua mali, sati
It magna, Fama. et non videtur
Quod modii gerit capillis.

AD PAVLVM PELLICIVM MED. PHYS.
ODE XXII.

VEL quod ex ægris tibi causa morbi
Pellitur membris, tua musa blanda et
Pellicit mentes hominum ad suprema
Laudis amorem,
Alter Amphion, nouus aut Chiron, 35
PELLICI; exponis bene, quod dedêre
Nomen antiquo generi tuorum
Præscia fata.
Ut monet Phœbus, loquar. ipsa Fata,
Diique coelestes, quibus omne præsens
Tempus est, gentes itidemque nostræ
Orbe futuræ:
A tui tantis animi beati
Dotibus, totque egregiis locauit
Rebus olim idos uoluêre priscos,
Nunc minores.
Arte defunctos medica sepulcris
Euocas, ducis silices canendo,
Aureo plectro potis es morari

Flumina, et Euros.
Siste te contra nebulam tonantem
Inuidûm, nudo trepidans tumultu.
Deciunt coelo, feriuntq; nunquam
Fulmina Lauros.

IN OBITVM IVLIANI GOSELINI, ODE XXIII.

INVIDA cur perennes
Mors viros sic persequeris tollere? cur apricis
Funerea atra morsu
E' locis aufers, tumulando solidè immerentes?
Cur tibi IVLIANVS,
Die feraèmors, est GOSELINVS Stygias ad aulas
Raptus, imago magna!
Nec preces, nec tot lacrymæ illum potuêre Ibero
Sistere Regi, et orbi?
Quo fides? rara integritas! quò illa abiit sicanis
Vox moribunda Cycni?
Occidit, certè occidit hic corpore: carmen aur[illegible], et
Inclyta fama tanti
Vatis est nunquam interitura. hinc querimoniæ, hinc fiet
Et procul hanc utiles
Eiulatus. Tart melior possidet alta coelum.

SÆVIENTE IN PRIMORES, DIVITESQ; MACVLOSA, ET PESTIFERA ÆGROTATIONE, ut quisquis sit malus Tunisc. iudex, et mercator, bonus euadat. ODE XXIIII.

PRÆVIVS en pestis solis cimilibus ortus,
Se morbus exercet. quis à tali

Illuuie est tutus, maculis, atrõq uenere?
Quis non gelat metu? quis horrore
Non tremit ut frondes, altè quassantibus Austris?
Ne sè, uel illos, quos amat, Tabes
Inuadat, corrumpat, sternat, detq sepulchris.
At pauperes, (hinc disce peruerse
Iurisconsulte, et iudex iniuste, et inique
Mercator, usque, et usq qui insistis
Fraudibus, ut mauis parto sis copiosior ære)
Sunt pauperes tibi. hoc uigil cerne: et
Desine consiliis, et iudiciis, et auara
Iam merce te inquinare: diuina
Pharmaca te doceo. si uis persistere sanus,
Te corrige, et Deum time iratum.

AD ERRONAM perfidam et insatiabilem.

~~AD [illegible] Erronam;~~
ODE XXV. 37.

ERRONA, quite nouerit, in the Lib. 1.
Et protinus non fugerit:
Hunc esse perditissimum,
Et se ipsum amare non puto:
Vel esse stolidissimum,
Odisse et omnes Gratias.

IANI DOMINICI CANCIANINI SPILIMB.
LIBER ODARVM SECVNDVS
AD ILLVSTRE D. ERASMO VALVASONO.

DE BACCHO,
ODE I.

CRATERE pleno ad carmina me uocat,
Qui est vatum amator, uinipotens Deus.
Cui frons coronatur corymbis,
Per digitos fluit uua pressa.
Lymphæ solutum connubio, senex,
Infunde uinum, uel iuuenilibus
Pollens in horis, uim suauem
Fert subito uiolatq; curas.
Flauo est eidem continue aureus
Nitor: rubenti perpetuus color:
Omne et per æuum candicanti
Candor inest. Sua cuiq; forma
Mensura semper, ut Semeleio,
Vigeat. colorem scis quem habeat in genis,
Ac fronte Liber? quo uidentur,
Iuncta simul, tria dicta uina.
Equi, et uolucres Pegaseum bibant
Fontem. Lyæus, non alius liquor,
Expellat usto siccitatem.
Tamq; hilaret mea corda Bacchus.

AD QVENDAM, QVI SCORTVM HABVERAT,
ODE II.

FEBRICVLOSÆ non simile hoc oui
Scortum uidebas? non scabie putre?
Non et propinquæ qua indicabat
Calui ciem tibi mox futuram?
Qualis nivali, cum Boreas furit,

Ilex

Ilex uidetur uertica in Ismari
Decussa fronde cæteris honores,
Aut foliis uiduata quercus
Annosa: talis lana colo trahens
Filum, sedebat. uertice cui coma
Non ulla; quin nullus capillus
Nulla genis inerat q pinna.
Signatus albis ille nigerrimus
Dies lapillis. quis tibi sic potens
Diûm redonauit salutem,
Incolumi remanente pluma?

DE PRÆGNANTIB⁹ MVLIERIBVS,
ODE III.

INDICTA priscis carmina uatibus,
Scituq digna, nunc age, nunc lyra
Expróme mecum: quæ paterni
Aure bibat sibi quæq nupta.
Vulgusq præsens non procul arceo.
Audite cunctis uirgoq nubilis
Prædiscat, ut cum gestet alumo
Mox tumida iuuenis mariti
Semen redactum in membra, memor siet,
Et continentes tunc habeat manus.
Vitabit hæc sic permanentem
Usq notam paritura, gnatis.
Rerum est onustæ dira cupiditas,
Desiderat seu fluminis, aut maris,
Magnæ parentis siue arboris siue ab=
Sumere quid placitum ex alumnis.
Quod dico, uanum credite; non fluto

19 Spectatus

Spectatus est in(mi patria) Foro
Iuli, cui inusta in fronte signa
Noctuæ erant, et arundo uisci.
Fatæ uoraſſit, non dubium, omnia hæc
Matris uoluntas; quæ tetigit ſibi
Partem illam, et in fratrem puellus
Uentre latens mamorata traxit.
Sunt ſomniantes, qui medici putant
Exarte causam tangere: ſomnia
Dicuntq; certe, nascientes
Crimina Adæ eſſeuacuata, et Euæ.
Sublatus error morte ab Iesua,
Lethumq; quamuis, uulr tamen hoc Deus
Uiro indicari teste pomum
Esum, animæ maculamq; nostræ.

40

AD LYDIAM,
ODE IIII.

Cur me ſic refugis Lydia, ut obuios
Dentis ſi aſpicores, et rabiem canis?
Tandem pone timorem.
Vano non opus eſt metu.
Hostis non ego ſum. tu quoq; dilige.
Non eſt, cur timeas blandicias, iocos,
Complexúsq; ſuaueis,
Diuæ munera Cypriæ.
Tempestiua uiro te mihi ſubjica,
Æquanimia. me non fuge, dum licet.
Exemplum cape. mater
[illegible] ſuccubuit [illegible]

AD IOANNEM DOMINICVM SALOMONIVM
ODE V.

NON nostrum lacrymis nubem mentis est fugare.
At pressa in imbrem soluitur perennem.
Vsq; magis crescunt lacrymæ, nam tristior quis est me!
Æquè ne mœret? tristior astra, nullus.
Tempus credebam foret ut medicina iam doloris.
Doloris ardens est cor officina.
Iam nisi tu Salomoni, mi Paulinus ac amicus,
Ambo potentes suscitare sensus
Defunctis hilares, mœstra recreabitis camœna,
Abibo uita... discet hinc inuentus
Formida qualis amans fuerim, sed frigidè ipsa aruerit.
Nupsit Lyce, qua mortuus tepebo.

VNDE PRIMA ORIGO SVRGI,
ODE VI.

IMPLEBO flatu non ego tibiam,
Testudinem nec nunc digitis, lyram aut
Pulsabo plectro, nec silenti
Pecten adest citharæ paratus.
Verùm, quæ in agris crescit, arundine
Cantabo fecta. hæc sit mihi barbitos,
Plectrúmq; nam mi mordia eius.
Et segetem celebrabo rutram.
Huic ergo nostræ, sint patulæ, precor
Aures, remotis obijcibus uagæ
Mentis. iam adeste hîc aures, mente.
Ecce noua, en memoranda canto.
Quid ô, quid ô nam concipitur nefas
Hoc maius! Egrotos iugulauerat

Sphaptus

Spraxus parentes, in cubili
Cum traherent animam egituram.
Sphagius tacendus, si scelus impium
Latrasset, omnes post obitum ut foret
Vivus per annos, qualis ille
Igne ferox Ephesi in Dianam.
Includi in atro iam culeo merens
Inter furentum bella animalium
Diiudicatur parricida.
Fama volat properans ad imos.
Poenas luentes qua Phlegeton fluens
Flammis coercet, corripit aspere
Ethis sororum, quae flagellis
Insonat, exagitans colubros.
Sursum ipsa tendit Thisiphone horrida,
Venit, ut illum noscat, ad inferos
42. piciendum. volvit unda
Impositum. cruciatur ipse.
Inuisa Diuis ut caput extulit
Auris supernis: Lumina, Sol videns
Compressit arcte, quo omnis orbis
Insolitis strupuit tenebris.
Nulla herba foenis inde fuit virens
Calcata plantis diras Acharontiae;
Frustra reverti tendet Orci,
Tarda ubi non valet hunc videre.
Iuvenes et pigentis dum fricat unguibus
Caput recurvis, hinc palear cadunt,
Quiddam et movens se crure parvo,
Spurcitie genitum cruenta.
Hoc canna surgit semine, quam vocant

Surgum

LIB. III.

Surgum coloni, periculum ardue
Gestans, acuta, peior hasta,
Et maior, quam scabies, molestans.

AD FABIUM PAVLLINVM,
ODE VII.

FABI cur doleam, mēq; memor Lyces
Angam perpetua sollicitudine,
Nil est: nec querulos ad citharam modos
Aptabo miser amplius.
Iam tu non elegis, nec Salomonius
Hatrusca ueniet mi auxilio fide.
Vestra consilia carminibus dato,
Cura liber eo grauis;
Et uitam geminis debeo uatibus.
Me non Threicia dulcisonans lyra
Orpheus, nec etiam cantus Apollinis
Inuisset lacrymabilem.
Cyrto iuncta suo nunc ualeat Lyce
Subsidens scopulis, queis premitur gemens,
Telluris iuuenem cui grauat ignea
Moles Trinacriæ insulæ.

AMANTES IN PAPILIONES,
ODE VIII.

AT nos quid uris persequēs ulcera modum,
Contraq; ius, matris genus,
Tumultuosi spuma quin salis? preces
Valent nec aduersus feram!
Arcum sonantem nam Cupidinis manu
Tu aptas, sagittas dirigis,

Non

Non illa coecus aliger, deus quae,
Priuatus à te lumine,
Tuis tui ne plumbeis adulteri
Sentire posſint tædia.
Et uis, puellæ, quas amamus maximè,
Sint tam proteruo pectore!
Perstet uoluntas: has amemus, dummodo
Flagremus in te, iniqua, odiis.
Vix haec profudit turma conquerentium
Papiæ amantum, cum sua
Statim uolarunt urbe, dempta imagine,
Et uoce, sed non patria,
Quo nomine et uocantur hoc in tempore:
Nacam petunt ab ignibus.

44. SE AB AMORE FRAXILLÆ EXPEDIRI NON POSSE. haec ſub nomine FRAXINI, uelut LAVRA ſub LAVRI, intelligitur,

ODE IX.

MECVM ſub umbra, et tegmine Fraxini,
Dilecta qua non Laurus erat magis,
Eius reuolua ſæpe nomen,
Et lacrymis, fidibúsq canto.
Frangit proteruo me monitu prior
Accentus: et ſic discretior. Later
Mortale uulnus pectore imo:
Nec morior, neq ut ante uiuo.
Fragor propinquus nescio quis ſonat.
Ire hinc uolenti haud ſufficiunt pedes.
Eheu, quid ergo? cau Calyſtri
Langueo olor, moribundus ales.

AD DEVM OP. MAXIMVM, pro Senatu Veneto ODE X.

CORRVPTA flatu lumina, quem pius
Dolor cadentum, et dira mouet lues,
Prostratus attollo potenti
Cum precibus tibi summe Rector.
Hoc, destituti, stant Veneti patres
Tui tenentes filij imaginem
Gestu: et precantur te salutem,
Te ueniam, assiduæq; pacem.
At turbo morbi crescit: et insolens
Sanésq; iustos, et miserabilem
Tollit iuuentam: iam columnæ
Imperij timeo ruinam.
Quid illa prodest religio, et fides,
Rectíq; cultus? ah deus, ab uide:
Effusa per Natum, euagantis
Tam rabidæ lege lora pestis.

AD HADRIANVM TOLITIANVM IVRISC. AVVNCVLVM, ODE XI.

COELEBS quid ego? quid mihi consili
Habere possim? num Venerem sequar
Syluis relictis? num Dianæ
Viuere continuabo uitam?
Res cum periclo est utraq; nam dea
Est aucta, quisquis se applicet alteri
Infensa semper. ma nima Adonis
Casus, et Hyppoliti hinc me adurget.
Heu dira mens, heu funera tristia
Immissa puerros in iuuenes: caper

Vt fidit illum deuta iniquo:
Hoc lacaro ut naduêre currus:
Sed facta fit haec praesidium reis
O grande moestis, o Vtini asylum,
Foriq; tuli, lux serena
Iustitiae nebulis latenti.
Quaeras (pater te dicare sentio
Secundae, caras, quod medium fiet.
Vtriq; haerere. carus aeque
Sic fueris Veneri, et Dianae.
Quid si inter ambas connubialia
Sint iura partis? nil timeo ampius.
Hoc ipse tuto matri Amoris,
Hoc etiam poteroq; Phoebo
Seruire cautus consilio, et fide.
Rides, et alte me in faciem inspicis.
Vis uera dicam? me puellae
Vrit amor nimium decentis.

DE AMOENITATE PATRII LOCI,
ODE XII.

Elata pulcri solis ab exitu,
Quando exit ad nos luce fugare sua
Stellas, et Auroram relicto
Ante diem reuocat cubili
Frustra. fugit nam praeuia per polum
Ad te rotundum. Sol uidit inse. ue os,
Hanc donec annosum ad maritum
Circuitu pepulit profundo.
At illa rursus (non bene conuenit
Iungi puellam cum uetulo uiro,

fugit.

Fugit: sonoro garrientes
murmure aues male facta rident.
Vos clam terro stat Spilibergia
Elata colle: vos Charites eam,
Vos conuidistis cui iosa saluit
Thessalia tempe cincta Zephyr.
Et lata longi planitiis soli
Inclusa ripis usq quaq
Nos iuuat acriis canentes.
Delectat hic nos piniferum [illegible]s,
Udum salictum, glarea flaminis,
Vitrumq labens cum susurro,
Aura frequēs, auiumq cantus.
Non tauriformis, sed mouceris [illegible]ens
Ramosa cerui cornua, labitur
Torrens perarrans, lympidisq 47
Fartur aquis sine lege currens.
Blerunq uidi, uidi ego Naiaas
Iactare nymphis brachia candida,
Artusq nudos sic mouere,
Vt fluuio inuideam beato.
Amnis beatus possidet omnia.
Lasciuiens quae pectora turgida
Contrectat undis! nec recedit
A femore, a nitidoq tergo.
Tunc obstupescunt fluminis incolae
Piscas carentes uocibus, ac propè
Volare gaudet mergus, iidis
Quica loquentis modulante lingua.
Fauni at salaces per gluam suas

Nymphas sequuntur. dum strepitant nede,
Hinc Phasianus, turdus illinc
Tollitur, et lepores fugantur.
Contra occidens quid referam situs?
Versus [illegible] meridiem;
Aequata colli plana Tellus
Fundit arua, nominumq; victum.
Eleusin atrae fiscina Proserpinae
Mater relinquens attulit huic gradum
Spicasq. tardens cum racemis
Deseruit Bromiusq; Thebas.
Latmium uagantem quin etiam his locis
Stertisse amoenis subsione amabili
Dicunt, sororatumq; in herba
Diuus alibi placuisse Lunae.
Saltem fuisses o Endimion uigil
Partim, illa furtim cum tibi basia
Dabantur, ipsam uel tulisses
Hanc speciem tibi imago somni;
Utroq; pacto tu quoq; dulciter
Nam basiasses. o mihi si mea
Iam me rechinanti sopore
Suauiolum fera Lyda iungat:

AD HOMATIVM ROSETVM
ODE XIII.

Iam tempus illud, sydera quo micant
Infixa coelo lumina languido,
Cum albescit aer, surgit aura,
Graminibus cadere rores.
Rosine, credas: tunc mihi uisio

Fuit

Fuit. stupeo, totus et horreo
Hanc dum reuoluo, qualis hirtus
Horret aper canibus propinquis,
Siue in remotis Chaonie iugis
Seu Mœnali sub quercubus horridi
Circumuenitur: linque curas,
Linque fores, precor, ipsam et audi
Patronam ducis. principio auaro
Vocem gementis: mox trepitus uenit.
Pedum rotabat; sed lacerti nec
Versum hominem rigidum ferebant.
Concussa magno mœnia tremuit metu,
Vt nota uidi, pallida, mortua
Præpostere ora astrue terræ,
Fatherra ad astriferumq; crura.
At at quid iteud! quid uideo! miser, 49
Quod prodidi te, sic uagor, ut uideas.
Nec fatur dixit; magq fugit, [illegible]
In tenues resoluens auras.
Dogit me adhuc (dic, te per eam mo
Diserte causam tutor, et intima
Amica amorem) dogit ille
Improbus, at mihi sic doloso
Tricosus, iniustus, sine pectore,
Pedrq quo uis nagnitis dato!
Ille, ille erat, uel si nouæ uiuit
Post obitum est species sua ui.

DE VVLCANO, ET MARTE,

ODE XIIII.

Si forte claudus, nec sine cornibus

Hîc est [illegible] itus, nescius, aut [illegible]
Condiscat exemplum: videbit
Cum nimia utilitate damnum.
Exemplar istud non hominum, at deûm,
Deumq; puerum non humile est sperno.
Si damnarentur Cocliten, cur
Vis homines malè sana puniat?
Vitos fecerus mulcibet haud [illegible]:
Non ille marten coniuge cum sua
Sub rete captum longè ab armis
Depositis furibundus ensis,
Clamanti extremos reddere prompta sonos.
Audi, ni credis. Saxo num canditur isto
Lobregadius! Silet hunc, nam meminisse nefas.

E. BLVSSI LATRONIS.

37

AFFIXA huifurcae sunt Blussi membra latronis.
Non, si mille, satis. tot dedit ille neci.
Cum tegat is furcam, a furca non ipse tegatur,
Pro tumulo furcae immania membra puta.
Nos autem, membris quod uerbo infixa legamur,
Haud carpas; etenim sic legimur tumulo.
Perge [illegible] ptum laetus, tutusq viator.
In [illegible] Blussus, obesse nequit.
Nulli [illegible] cum Blusso hic nempe latrones

Sui

Sunt omnes, omnium pes fuit, vrna, manus.

E. COECIA NATIVITATE.

38

Hîc iaceo in tenebris, æternæ noctis et umbra.
Æquo animo id possem ferre, si liberem animum.
Sed si scire cupis qui sim: tua lumina claude,
Nunquam aperi. Sic sum, sic quoq; natus eram.

E. TRANQUILLI IN FLUVIO DEMERSI.

39

Hac Tranquillus aqua, &c.
Infœlix quantum quilibet esse potest.
Quid mea me miseras iuuit similasse natando
Naiadas, absorbet me fluuii unda rapax.
Centum annos Stygij errabo eis flumina Auerni,
Quin semper, quamuis non caream tumulo.

E. CVIVSDAM INFAMIS.

40

Vrna, quis hîc iacet? eius uis mihi dicere nomen?
Belle tu poteris. te precor, istud age.
Clauditur et si quis, lingua iam utare, sepulto,
Fac, quæ tunc fuerat, cum antea uiuus homo.
Te na loqui uere, an falso, sentio in arce?
Sentio: et haud hominem te, vrna, tenere. Vale.

IN CARDINALATVM ILLVSTRISS: MICHAELIS TVRRIS

41

Cyziceas, olim septem miracula, Tu es

vocal.

EPIGR.

Vocales, aa. = Fax a canora file
En modo Iulaeis quae e' terris sydera tangit
Vertice purpureo, mystica fonte sonans.
Diua cane hanc TVRRIM. cedant monimenta priorum.
Haec est Arx CHRISTI, uiuáq; Petra DEI.

ALIVD.

42.

QVAM nec certantes Borea, nec turgida motu
Terra quatit, fragor nec Iouis ipse potens:
Diua Adamantaeo succurrens uertice TVRRIS
Romano Atlanti non leue fulcit onus.
Gaude Atlas, Romae Atlas: egeudate supprima
Numina. firma satis sunt modò regna Poli.

ALIVD.

92

43

Tam bene munita quid TVRRI restat habendum?
Claues. Res TVRRIM non decet ulla magis.

IN OBITVM EIVSDEM.

44

39 OBSTITIT immensis meritis praesentia tanti
Herois. Roma non erat, ast Acedi.
Pontificem de more Patres fecêre propinquum.
Hunc DEVS assumpsit, ne minor esset eo.

SERENISSIMO VENETIARVM PRINCIPI,
PASCHALI CICONIAE

45

Ini quae quondam caelo gens praelia mouit,

Vide

Vnde meti gelidi contremu
Clarai ſy ribus facies expalluit, et ſe
Arctu. in æquoreas præcipitaſſet aquas,
Maxima n uis ardentis tunc fulmine crebr
Sedibus ætherijs dextra tulisset opimis
Hæc talis gens, montanis q ita ſepulchris,
Surrexit ſ aspera lla facit.
Oppugnat miseros populos, disperdit et illos
Non Otry iniecto, ſed grauitate famis.
Congerit omnigenas fruges, occultat auarè.
Rem, uictum, uitam ſurripit arte dolis.
Sæuos Anguipedes ast ecce CICONIA tollis.
O' princeps, nobis Iuppiter alter ades.

AD ILLVSTRISS. FOEDERICVM RENERIVM FORI IVLII PRÆTOREM

in quasdam reliquias peruersorum lictorum.

46

PERGE DEI o' Numen, SIXTVMq imitare. latrones
In tales ſueris impietate pius.

AD FOEDERICVM BVIATTVM.

47

VIRTVTE eximia, ſumma et probitate colende,
Quid Buiatte inquis? dulcis amice ſile.
Non ego ſum tanti, quanti te pendere cogit
In te noster amor, gignitur unde tuus.
Sed tamen accipio grata hæc tua carmina. grates
Et tibi ago. ò eſſet te mihi digna lyra.

TRIVILEGIVM CVIVSDAM

Saroni

EPIGRA

Sagom[illegible] phanatici.

48

NVLLIS quidem | plenissimo c' ollegio
Dissentientibus, nec [illegible]
Sagonio phanatico insusissimo
Sic dicitur constare priuilegium
Priuatur ille legibus phanaticus.

IN [illegible]

49

IMPROBE homo, et mendax, nam sic te denique noui:
Effigiem similem ferris habere tibi.
Est ne tua haec scalpro, an formata figura colore?
Te scalpi in glacie, pingier in igne decet.
Quin potius uetè diffingi, in nihilumq reduci,
94, Vt mala mens tecum, lingua mala et pereat.

ALIVD.

50

FISTYLA dulce canit. fac, quod fecêre priores.
Non uis discere? sit bona, lingua tua.

ALIVD.

51.

SORDIDE dixe canis quid sit latrare poetis.
Maiora his arcus spicula noster habet.

IN MORTEM SAMVELIS MARSELLI.

29 40 Hi oculus, gemitus: hi fuit suspiria uenti:

MR

Hæ pluu ę lachrymæ · hæc nu ila myra, dolor.
Omnia in occasu Samuel', Iuppiter ipse
Condole Hebræum talem cluisse virum.

HORARIVM.

Do coecis sonum, do surdis indice: si is mihi
Coecis, et surdis quod ego nomine,
Scilicet in parte, tot uctum tempus, ora
Quot dixitor, aures omnis lector habeas
Ast tibi cui est nimium ire facundus
Omnes uirtutes indicio ostendas.
Per me igitur quam sint ... fugacia nosce
Continua fictione: huc properè ...

54

NON te ego Asellarum, nec dicam nomine Asellum,
Sed dicam te Asinum. esterq, quaterq Asinus.

DE ANICVLA, NOMINE DICTA ANNA.

55

Nil magis est uelox, quàm tempus. temporis Annæ
Est multum. unde pigros uix mouet Anna pedes.

DE CONIVGE LILÆ MORTVÆ.

56.

Cui moechos coniux ducebat, mortua Lila est.
Flet uir. quid? capiti cornua dempta suo.

AD MARCELLINAM.

57

MARCELLINA

EPIGR.

MARCELLIAN; tuus puer, est quo patre creatus?
Respondet, nec erret, qui pater huic uetetum.

AD VXOREM DVCTVRVM.

58

NERVOSAM fugias: nollem quærere, atq. uenustam
Vxoram: narium non habet: ipse dabis.

DE ACCA OBSTETRICE

Ohm[illegible] gratia [illegible] solueret,
[illegible] cum uenire sy nequit, sit gratus Acca manu.
QVE [illegible]
[illegible]
Ventre [illegible] pregnans [illegible] Acca
[illegible] solebat,
Nunc [illegible] uentre recepit, sit gratus Acca manu.

DE MVLIERE INTER NVPTA

QUATTVOR extinctis vbinam tumulanda maritis
Coniux! nempe decet quattuor esse locis

ET PRÆDIVITIS, ET AVARÆ FOEMINÆ,
quæ ad mortem sepius ægrotare, et
conualescere solebat.

64

4 β. Quis tãtam lapidis molẽ imposuêre sepulcro,
Hæredes? Iurgat ne minima, timent.

LOCVS DE OCVLO CYCLOPVM

61

Vnoculos illos, ipsa res tam mira fuisse!
Tu, et iam noster, qui fodet, Vnocule.

LIB. II.

IANI DOMINICI CAN IANINI SYLLIMBERGII
EPIGRAMMATVM LIB. II.
AD PERILLVS. D. ERASMVM VALVASONVM,
DE EIVS DIVINO OPERE, ANGELEIDE.

I

VERGILIO Æneas, Pelidis debet Homero:
AST ERASME tibi! Conlatia Numina debent.

DE AVLERCO.

2

CAPTA oculo ancilla est Aulerci claudicat uxor:
Ille ancilla sua est, uxor et ille sua.

AD NOCTILVM.

3

ESSE meos uersus obscuros Noctile dicis!
Dic potius cæcum te esse, uidere nihil.

DE AMATORE MVTO.

4

MVTVS amore ardet. cæcum quæ mute tu Amorem,
Et tu pro muto cæce loquaris Amor.

DE ROMA.

5

PLVSQVAM olim nunc Roma uiges, nunc maxima Roma es,
Nam quondam Terris, nunc dominare polo.

DE PETRA CALINA BRIX.

6

QVALIS in Ægæo cautes asperrima ponto

Turditur

EPIGR.

Tunditur, et cumulis firma resistit aqua,
Cumq; magis crescant fluctus, magè robora durat
Aduersus motiq; uerbera sæua maris:
Sic ferrum, et flammæ nequeunt hanc uincere Petram.
O' Virtus: quam vis uincere nulla potest.

ALIVD.

7

FOEMINÆ cunctæ faciles creantur,
Foeminæ nullæ raticerè posſunt,
Foeminæ frondi ſimiles: at iſta
Foemina Petra eſt.

AD SELIN.

8

98 DIMIDIÆ Selin curua plus cornua Lunæ:
Et fiat uacuus circulus in medio.
Hoc insigne tuis gestetur gentibus aptum,
Namq; tibi nullum nunc erit imperium.

ALIVD.

9

INDICIVM faciunt dē te tua nomina uersa
O' SELIN: NILES. ſic propè finis adest.

IN MEDICVM N.

10

QVÆ facies medici: mandici protinus illam
Intuitus duxi. corpora numna iuuat!
Ipsa Salus testis. nullum unquam misit ad Orcum.
Quid dicis! Verum; nam nihil ille facit.

DE

LIB. II.

DE LEVCATRO

LEVCATER coitu diuer, numisq; superbus,
Iam senior canus non sibi busta parat.
Non ob auaritiam, uel quod sit nescius esse
Mortalis. causa est conscialis amor.
Viuus cum uiua socru se miscuit: illa
Sic cum defuncta, mortuus, esse cupit.

AD QVANDAM NON SINE PIGMENTO,
ET FVCO

12.

MIROR, et admiror te, non accensus amore;
Sed quia spectanda est forma stupore tua.
Forma tua est facies, facies uel picta figura.
Prob: pictura audis, cernis, et alloqueris.

DE CANIS.

13

QVI caput ob curas iuueni canescere dicis,
Cur nigro huic albet plurima fata sui?

DE LAVREO.

14

INDVPERATORES, et Vates Laurea honorat.
LAVREVS est Regum, Pontificumq; decus.

R^mo COESARI NORES, APOS. VISET.
IAMIAM SPILIMBGO DISCEDENTI
a puero habitum.

15

CLARE

EPIGR.

CLARE ætatis, virtute potens, et nomine diuo,
Digne Pontificis mystica sceptra gerens,
Sacrarum rector, moderator et optime rerum,
Laudem ex infanti ore perficit ore DEVS.
O quos æternos (cœlestia munera) fructus
Tempore in Autumni dat tua lingua, manus:
Dat tua lingua, manus, quod sancte pectora nutrit,
Quin animos tollens, fistis in arce poli.
Res loquitur quantum sint iusti COESAR HONORES
Iam tibi, iam summi, et nomina uera tua.
Sed nos, ah, linquis, linquis nos corpore sancto.
Sis memor o, quæis non te auferet ulla dies.

DE PRIMO DIE AVGVSTI.

16

AVGVSTI celebranda dies en prima Faleno
Uenit, et AVGVSTA non fugienda dape.
Ecce, AVGE GVSTVM, clamat lux ista colenda.
Sic, bonus, atq; AVCTVS, tu mihi GVSTE ueni.

EXTOLLIT SIMILICEM LEVCOTHOEE CANDOREM.

17

Esse ideam Veneren rubro sine sanguine, monstrat
A Dionæa ulnera facta manu.
Candida leucothoe nullo fucata rubore,
Esse Venus similis: forsitan ipsa Venus.

18

Dum sua rura Micon lustrat, uineta peragrans,
Innuptæ et natæ cura molestat eum:

Arbore

Arbore ii annosa, foliis, uiridiq, carente,
Quæ certant ceræ, Bacchica dona uidet.
Coniugium uitis laudat, miratus, abitq;:
En datur a' fatuo filia pulchra, seni.
Mox cùm purpureo lignum sine honore reuersus
Vidisset, saro' callidus ipse dolet.
Vna uelut Stipti (exclamet) malè tuta rigenti,
Sic splendet uetulo iuncta puella uiro.

AD LIGVSTRINAM.

19

Hùc panis, uinum, hùc lana, hùc linum (fasit astra
Vox multa) agni, et oues, hùc uituli, atq boues.
Audis clamorem? cernis cum stramine ut errent
Accenso calati turba sonora pede?
Orgia nocturno, necnon Cerealia sacra
Tempore concelebrant, et simul illa Pales.
Antiquus mos est. ex agris uenit in urbes.
Sunt sacra, quam pridem, nunc uenerauda - agis.
Alba Ligustrina, adsis. quin, age, tu quoq . re:
Sed tibi non facula. sat tua forma nit . t.

DE DISTOLEO FVRE.

20

Distoleus caput est lictorum factus. ab ipsis
Fur fieri tutus non melius poterat.

IN INDIRECTVM.

21

Si Virgo, Gemini, chiron, Libra, urna tibi essent,
Esses perfectus Signifer ille poli.

EPIGR.

At postquàm quinq[illegible] absunt: obhig[illegible]s ut ipse
Signifer, es, scis quid? nil rationis habens.

EXPLANATIO.

SIGNA humana, et rationalia, quæ absunt.

VIRGO		CASTITAS.
GEMINI		BENEVOLENTIA.
CHIRON	hoc est	SAPIENTIA,
LIBRA		ÆQVITAS.
AQVARIVS		TEMPERANTIA.

SIGNA inhumana, et irrationalia, quæ absunt.

ARIES		PETVLANTIA.
CANCER		SIMVLATIO.
TAVRVS	idest	FEROCITAS;
LEO		IRA.
SCORPIO		INSIDIÆ.
IRCVS		FOEDITAS.
PISCIS		INCONSTANTIA.

DE FVLVII RORARII PSYCHE.

22

FLORIFERO late in campo hîc est Regia Psyche.
Hîc illi vinclis dat se in amoris Amor.
Ast magis est gaudens Rorari carmine Psyche,
Quàm dulci nodo, quo sibi adhæret Amor.

AD [illegible]GRAM.

23

NOCTVRNIS thalamis non audes sola cubare,
Et tibi vis socias Dæmone [illegible] pauens.
Dæmone ne trepida, nam tu es deformior illo.

crede

Crede mihi, Daemon te paucet, atq; fugit.

AD LAVINIAM C.P

24

ORABAS templo, cùm te Lauinia uidi.
Ni oraſſes, fueras tu dea cultra mihi.

AD AVRELIAM B.S.

25

AVREA alia es Venus, etſi orbi non mater Amoris,
Et curuata tuus non gerat arma puer.
Nec mirum eſt, arcum ſi non fert iſte Cupido;
Nanq; tuis oculis tu aurea tela iacis.

DE ALOYSIO GROTTO.

26

QVID ſi Grottus amat, cum ſit ſine lumine natus! 103
Nil mirum. ipſe fuit ſic quoq; natus Amor.

DE PHIRNE

27

Cum coiturus eo uenisſem, reddere honorem
Dum uolo: Phirne inquit. non mihi fiat honos.

AD LAVRAM PETRARCHÆ.

28

VNDE Amor, et qua aurum ſumpſit tam diuite uena,
Perficeret flauas ut tibi Laura comas!
Et quibus in ſpinis teneros decerpſit odoras!
Queis collecta plagis cana pruina fuit!
Cuncta hæc quo pacto ualuit confundere ſenſu!

Edere

EPIGR

Edere candidulas, flammeolasq; genas!
Gemmarum unde duplex series albissima uenit,
Qua frangit, nec non dulcia uerba premit?
Vnde toc, et tales referat mea lingua decores
Illius claræ frontis, et empyriæ?
Num quibus a Diuis, Sphæris modulamina mouit
Ipse puer, queis me iam facit esse nihil?
A quo Sole acies oculorum dia refulget,
Quæ nobis est pax, prælia, flamma, gelu!

AD LYRAM.

29

Nec fluuios sistas, nec cures saxa mouere.
Fac tantum mitem, quæ mihi sæua fera est.

104.

LYRA.

30

Avritas Rhodopes deduxi carmine syluas.
Constitit ad nostrum Strymonis unda melos.
Scis cur non ea nunc facio miracula? non est,
Quæ mihi det uoces, Threicia illa manus!

DE VARIETATE.

31

Planities æqua haud ipsa: alta cacumina montium
Imparia, et colles sunt quoq; dissimiles.
Diuersi lapides, flores, plantæ, atq; animantia.
Inter se distat plusquàm homo, nil uarium.

AD ARCHANGELVM CONCIONATOREM.

LIB. II.

32

FVLMINEO e' summis deiecit sedibus arse
Ætherius miles Luciferum in tenebras:
Luciferi e' manibus, Barachiq; Archangelus ipse
Sola animas tollis uoce, locasiq; polo.
Si maiora mihi fas esse componere magnis,
Hæc maior virtus, illáq; prima minor.

LANIVS.

33

DEPOSITA secca, meliorem ducere possim
Ut uitam: dapi ditaniave boues.

HOEDVS.

34

NON feror inuitus. uestris me absumite mensis.
Sim potius quàm hircus, mortuus, atq; nihil.

SINAPIS.

35

EXIGVVM munus mittor lacrymosa Sinapis.
Quomodo grata tibi, si cito lacrymas!

AD PERILLAM.

36

DAS violam. nil das aliud formosa Perilla!
Si te non uiolo, nolo tuam violam.

DE GASPARE NARVESA PICTORE, COMP.

37

POST pictas similes uiuis Naruesa figuras,

Tit

EPIGR.

Fiè vir. vult uiuas omnimodè effitere.

AD NASVTVM, DE HIEROYMO NARCIS.

38

Cvi foetent omnes, Nasute: hunc olface florem.
NARCISSVS flos est, olface, florq; virum.
Tam nitidum, et gratum nam cùm tu olfeceris illum,
Vitæ auram optabis non aliunde tuam.

AD MVSAM IN ADVENTVM BERNARDINI PARTHENII.

39

MVSA mea, o mea Musa exi, quibus abdita, ab antris.
Forsitan extinctam te mea Musa uoco.
Non sic clamatus per littora, per nemora ille
Puer, et infoelix, nomina dictus Hylas.
Exi hilaris tandem. non sunt ea nubila mentis,
Ob quæ fugisti, sed mihi læta dies.
Euge en Parthenius uenit. præsentia tanti,
Tam cari et capitis iure colenda tibi est.
Ille suam, et nostram scis quantum ad sydera tollit
Hanc patriam. talis quando poeta fuit?
Patri, et patrono tantùm inclinare silendo.
Illius in laudem sat sua scripta sonant.

AD CLARISS. FRANCISCVM FALLERIVM.

40

TE immensa grauitate virum, te Numen in orbe
Diuinum ueneror, pronus colo, pene et adoro.
Accessi uersu. at tanto sub pondere pressus

Nunc

Nunc bene cognosco, quòd non sum stellifer Atlas.
FALLOR FALLERI; FRANGOR FRANCISCE, tuorum
Agressus meritûm laudes, et dicere facta.

AD EGREGIVM VVÆ ELLVONEM :

41

CEREA sit quamuis nostri vindemia agelli,
Cernitur hæc eadem semper acerba tibi.
Est matura autem: sed patens oris hyatum
Illa tui, talis sit tibi, non aliis.

IN ADVENTVM ILLVS^MI ET R^MI MARINI QVIRINI CONCORDIÆ EPISC. CVM BONAVERIO VI- Sacerdote villarum manhinsy, et Gryphi.

42

ADRIACI generosa maris, Regumq; propago,
Magne Heros, custos gregis, et speculator Ouilis 1607.
Summi pastoris, qualis quondam fuit ille,
Lumina qui centum vigilantia fronte gerebat,
Nostrarum rerum columen, bona vera reportans,
Salue: optatus ades. Te à manli nomine dictum,
Te et Gryphi rus, nocte, die, et nemora ista vocabant,
Quàs præsum incertus, ni nna tua gratia firmet.
En tibi se ut colles submittunt, prata supina
Assurgunt. en exultant hominesq;, feraeq;.
Tantum ob diua tui præsentis numina gaudent.
Magna hæc lætitia. at maior; quàn maxima fiat.
Sit, quando repetat Romanus Iuppiter astra,
ROMA tibi, et Cœlestia subdita Regna QVIRINO

EPIGR.

AD SVOS VERSVS, EANT VT
SALVTATVM OCTAVIVM MENINVM IVRISC.

43

An nunc a studiis, chartisue,
A docta citharа, suisue curis
Vacat maximus is meus patronus?
Non: nunquam requiescit. ille curru
Curarum sedet usq, et usq currit,
Ceu Sol irrequietus, atq firmus.
Sed uos nil dubitate, nil timete
Vos o uersiculi mei pudentes
Meninium petere, ac ei salutem
Nostro dicere nomine. is iuuaret
Nos reos capitis, celar salate.

AD SERVILIVM THRÆVM IVRISCIVTIN.

108

44

THRÆE mihi (recolis) dixisti talia uerba:
Quid fras! coniugii sit tibi rupta mora.
Ergo tuæ doctæ quæso per flumina linguæ,
Vt sit coniugii nunc tibi cura mei.
Tu iuuenem inuenies, multq, et more decoram,
Quæ bene sit nata, et (nõn sine dote) parem.
Sum tibi deuinctus totus. nec sum satis unus.
Vellem etiam de me pignora uincta tibi.

AD MARCVM ANTONIVM FIDVCIVM.

45

FIDVCI pater omnium leporum,
Cui assurgunt Charites, nouem et sorores,
Siquando aut Latio, locisue Grais

Illarum

Illarum uirides petis receſsus,
Vt mentem recrees, manumq; fidam:
Quin laudes recinando, ſerta ponunt
De Lauro capiti tuo Caroceneæ.
Gratiæ autem properant nouum ſedile
Seni ſpargere floribus uenusto.
Quid tu? illis modulans refers honores,
Atq; auges radios Apollinares,
clarus luce tua: placesq; Phoebo.
Illuc, unde abii, in uiam reuertor.
Est desiderium mihi ſupremum,
Par tuis meritis, meoq; amori:
Vellem, quas habeo, referre poſse,
Nedum dicere, gratias: tibi, inquam,
Tot, ut ſint numero quasi carentes.
Vellem et carmina dicere altiora,
Atq; iis carminibus te ad aſtra ferre,
Te tam magnificum uirum, probumq;,
Quam qui maxime, et optimum poetam.
Sed iam, cùm uolo, non mibi est uoluntas,
Vt ſim perpetuo tibi obligatus
Fiduci pater omnium keporum.

AD SYLVIANUM VICOREM.

46

Res mihi cum cunctis placitis est Lina puellis.
Quas aueo, illæ omnes tu mea Lina mihi es.

DE BARGÆO, ET TITO.

47

Vt nitidam gemmam purum circumligat aurum,

Nobilis

Nobilis et firmam circulus usq; gerit.
Illa habeat cytharam, et Phoebum, doctasq; sorores,
Qualis erat Pyrrhi lucidus ille lapis.
Sic ego nempe Titum, et Bargaeum pectore seruo.
Dicere sed laudes lingua stupore nequit.

DE SE AEGROTANTE.

48.

Impulerat febris deponere membra cubili
Languida, nunc gelu, nunc aestus me exagitabant,
Essem ut perpetuo nada umbra, aut hostia Diti.
Qualis in aeriis signando montibus Ornum
Hinc Aquilo, hinc Notus insurgens conuellere tentant
Annis firmatam, et duratam robore multo:
Illa tremit, motatq; comam spoliata decore.
Sic ego iactabar lecto, non inde mouebar:
Morsq; minabatur capiti, falcemq; tenebat.
Pulchra sub auroram terriuncto Cynthia cornu
Splendebat terris, quando haec mihi uisa fuêre
in somnis, quae etiam potuerunt rumpere somnum.
Cerno, ut qua uehitur carbo, fuligine nigram
Portari cistam: longum, et funebre feretrum.
Mortuus intus erat. iuuenes hunc praecedebant
Cantantes duo. uox sublimis. carmina uero
Sapphica. sed tantùm ex his unum rite recordor.
CESSIT AEGROTO TIBI DIRA FEBRIS.
Cessit et aegroto febris mihi dira, soporq;
Mortuus et morbus tenuas secessit in auras.
Sed tamen haec tristis semper me terret imago.

DE ÆDIB.ᵒ ILLVSTRISS. PROSPERI VICECOMITIS MEDIOL.

49

QVÆ res exornant hæc alta palatia mirę:
Construxit PROSPER quæ VICE, tecta, COMES:
Ornamenta illis sunt multa, et maxima. uerum
Quod magis insigne est, est ipse decus.

ALIVD.

50

QVIS molem! PROSPER. VICE num COMES! ille parauit.
Cui nam! Vah mi. quæ es tu! Dea PROSPERITAS.

NÆNIA LVCRETIOLIOLÆ VNICÆ EIVS FILIOLÆ.

51

EST hîc parua mea, est hîc tam pulchellula nata:
Est hîc in cunis Lucretiolula.
Salue mi sanguis, sed dormi filiola. et tu
Somne ueni nostræ Lucretiolulæ.
Hæc hauri auriculis, hæc clausis occipe ocellis
Blandula Nata mea Lucretiolula.
Iam dormire cupit, totam dat se ipsa quieti:
En dormit. dormi Lucretiolula.
Audiat hæc Somnus, non nostra infantula. Somnum
Alloquar. haud nostram Lucretiolulam
Somne adsis. uiolas Somne, atq; papauera plena
Sparge manu nostræ (carę) Lucretiolulæ.
Puppula ut optimula est. non uagit, sed neq; ridet:
Risum habet et multu Lucretiolula.
Hinc male uelline, hinc fuge, somnia nanq; fugasti:

Tu

EPIGR.

Tu mater facta Lucretiolam!

ALIA NÆNIA.

52

Au, au. nata file. au, au. sentis! comprime buccam.
Claude oculos etiam. nigra ea Felis adest.
Nigra ea Felis est, puppas quæ devorat omnes,
Quæ volunt somnum, vociferantq; malæ.
Hîc non puppa mala est, sed puppa bona & mala Felis.
Hîc silet in cunis Lucretiolæ.
Lucretiolæ, en abiit Felis nigra. ride,
Ride, nec paveas; nam nigra Felis abest.

DE IPSA LVCRETIOLIOLA!

53

Minimvla nata refert aviam, matremq; patremq;.
Minimula non ergo est: sed mage maximula.

AD MINDVM.

54

Ne pede tu iuncto, nec scribis Minde soluto.
Et tamen & scribis Minde in utroq; modo.

ET. FR. PARACLITI FRANGIT.

55

Hæc Frangipanis sunt ossa PARACLITI in urna,
Vatis: pro cœlo respuit ille solum.
Nobilis abiecit fastus, se addixit Eremo,
Inclusit secum Castaliæq; Deas.
Dumq; DEO seruit summis longinquus ab oris,
En DEVS, en illum vult sibi adesse polo.

IANI DOMINICI CANCIANINI SELLIMBERGII EPIGRAMMATVM LIB. III AD PERILLVS. D. ERASMVM VALVASONVM, IN EIVS POEMA DE VENATIONE.

I

DELITIIS habiles, cunctis ornatibus aptos,
Custodesq; altæ, est quæ tibi turba, domus:
Vidi ego (quis credat?) vidi, te ERASME legente
Hoc opus, intentos obstupuisse canes.

I. DE VENETIIS.

IMMOTAM fluctu spumosus sustinet vrbem
Adria magnificam, ceu mundum mobilis aer.
Vix credas cernens. Ponto se ad sydera late
Tollunt templa, arces, passimq; palatia Regum,
Et procul aduectæ magna grauitate Columnæ.
Hîc dulcas populos, sanctusq; piusq; Senatus
Pace regit summa. hîc est rerum maximus ordo:
Iura, magistratus, leges, studiumq; minerue,
Et quicquid Venus, et quicquid Mars postulet acer.
Floret Religio in primis, Astræaq; Virgo:
Omneis spargit opes e gleno Copia cornu.
Hanc vbi sic positam volverunt aurea fata
Pondere librati proprio, non firmus ut Orbis
Ipsa sita est! non cuncta etiam per secla manebit.
Corruet hæc, quando labetur machina mundi.

DE EIVS ODE REALTINA.

EPIGR.

Qui negat esse grauem, quæ pontem continet, oden:
Pons, etiam dicat, nil grauitatis habet.

AD SERENISSIMOS NORICOR. PRINCIPES,
PHILIPPVM, ET FERDINANDVM, Romam
iter Veronæ facientes M.D.XCIII.

4

CLARA deûm soboles, natiq; Diademata fratres,
Fratres, ceu Pollux, Castor et ipse fuit:
Vos quanto expectet Romanus Tybris honore,
Aduentu exultans indicat ecce Athesis.
Ite magi duo, sed tantùm pia corda gerentes,
Summi ad Pontificis sistite uosq; pedes.
Vos felix aetrum præcedit lumine magno
Qui est CHRISTVS, uobis Regna superna dabit.

IN TEMPLVM DIVI LAVRENTIS EXCVRIALIS
A REGE CATHOLICO EXTRVCTVM.

5

AEDES, quam spectas, opus est Regale PHILIPPI.
LAVRENTI extructa est, atq; dicata Deo.
Res monet. Vt diuus pro CHRISTO tostus obiit,
Sic Rex pro CHRISTO scanderet ipse rogum.

EP. PAROCHI, IVSSV IO. MARIÆ VICECOM.
MEDIOLAN. DVCIS, VIVI SEPVLTI.

6

43 Qvi super extinctos cantabam, et mœsta feretra,
Subtus defuncto nunc fleo, et exanimor.
Spernite auaritiam, atq; inhumatos condite bustis,

Quando

Quando opus, et gratis uos dig. Parochi.

IN SVVM VERONA REDITVM.

7

Ad patrios Ge[illegible] ad dulcia tecta relicta
Vere nouo uenio, quales hirundo
Salue Splimbergum [illegible] salvete
Cor libo uobis, intima sacra ferens.
Et merito Domini, uos duos nomino, quando
A uobis in me tot benefacta cadunt.
Vix (quantum refert frugi virtute nadere)
Accessi: diuum me fouet aura meum.
Rectores, proceres, ciues, populus, ciet alte
Quisq sonum, clamans: Catcianinus adest.
Adsum, quem Zellus optabat tulia adesse:
In qua dulce mihi uiuere, dulce mori.

AD THEODORVM ANGELLVCIVM,
Veneti is Anathomes lectorem.

8

Te uinci ingenio Theodore, et Apollinis arte,
Nec non eloquio, dicere si quis amat:
Hic etiam, nulli quod fas sit credere, dicat,
Diuectum hoc corpus sponte coire sua.

MERETRICIS INCISA MATRIX
ad Tacinum incisorem.

9

Non ne satis, uiuam te me uexasse priapos!

Quae

ELEGR.

Quæ feritas istæc. sæue Tacine tua?

DE BOMBYCIO

10

Quod gemit ne am uidit Bombycius ortum.
Vt moritur Bombyx, uita peracta fuit.

EP. SILLÆ RICCHERIS.

11

SILLAM RICCHERIVM nequit mors uincere in armis.
Incautum, à bello dum redit, ecce nequit.

EP. SIRENIS, COLLORÉTÆ. SPI.

12

OBLIQVO è scopulo non hîc est nocia Siren;
COLLE sed è SECRO nobilis ..a iacet.
Et uultu et cantu potuisset uincere mortem.
Sed non audiuit mors, nec uidit eam.

AD LEONARDVM CISTÈRNINVM,
Traiani filium.

13

IVRE LEO, iure et NARDVS tibi nomina præbent;
Nanq; es magnanimus, frugi et odore uiges.

DE QVODAM, NOMINE TRASIDEO.

14

TACITA prædium patri responsa querenti
Cur quæris genitor? non sum ego prædium

LIB VIII.

AD CLARISS. GEORGIVM GRADENICVM
in obitum clmi LAVRÆ VALERIÆ uxoris.

VT melius scandas Cœlum, en tua LAVRA ad Olympum
Scala tibi: LAVREI sunt GRADENICE GRADVS.

ALIVD.

Hoc GEORGIVS LAVRÆ construxit LAVSOLÆVM,
Quis? GRADENICVS Sic est. Ergo VALERIA clmi
Inclyta coniux! vivit vir sine coniuge! Vivit,

AD LOCVLETEM, ET VOLVPTVSIVM AMICVM.

Te insanum dicit; fors, si sum ego, vis tibi dicam.
Cura me insanum faciunt, et imerea voluptas
Quod vis, tu nescis. quod cupio, spes
Ergo quis est nostrum magis amens, nempe ego cupio
At mea mutetur

Et modo saltem eximeret mihi [illegible],
Et non vitrea [illegible]
Narcisso similis, cur non mutatur in illum!
Heimihi quo spes, deliciæ mea!
Usq illum olfacerem, usq alerem, suspiria, et auras
Usq illi rores usq darem, et lacrymas.
Frustra hæc exoptо; pulvis nam mortuus intra
Aridulam est Syluam, et grandia saxa tegunt.

PROGNOSTICA

EPIGR.

PROGNOSTICA ILLIVS SORTIS. EIVSDEM

49 34 TAm graviter natum cecidisse, solóq iacere,
Me, longè accersens, litera cùm petijt:
Et mox, ut uanæ Cyrces mala litora fugi,
Quæq habet horrenda sub specie, ipsa feras:
Tetrisse in somnis capiti uelamen & cracen,
quæ rostro fixit (sic mihi uisa) caput.
Essoq lyram fronte abrumpam, discissáq plectra
Et globulis ante pedes mi cecidisse animam:
Signa hæc interitus nati, patriq fuere.
Ille, heu heu, corpus: perdidi ego, heu, animum.

ALIVD.

56 PRÆDONVM crudele genus quod sæculus iste!
118 Prædones natum surripuêre meum.
Surripuêre illum, nam mortis causa fuêre.
Prædonis [illegible] præda necis.

ALIVD.

31 [illegible] sibi [illegible] exasperat iras,
Sic ego sed magnas Iuppiter auxit opes.

IN OBITVM PERILLVS D. ERASMI VALVASONI.

52
37 NVNC, Heros, es non homo, sed numen tu. ego numen
Ploro mortalis te! oh dolor, oh pietas.

ALIVS

LIB. III.

ALIVD.

23

58 AMPLIVS haud musas, nec Phoebum ERASME uocabo,
Sed te, tu aspires uersibus aura meis.

ALIVD

29

54 ALTERA bella inter coelestia numina, et ima
Pugnata, ERASMVS dum petit alta Poli.
Magnum certamen. pars sursum, parsq; deorsum
Concurrunt. certant pro generosa anima.
Luciferi rursus victi, michaelis et arma
Rursus victoris, quæ lyra digna sonet?
Nusquam est, Angelidas digno qui carmine pangat,
Vt prius. ERASMVS nullus in orbe uiget.

ALIVD.

24

119

55 ERASMVS, heros ille Valvasonius,
Terrarum et Orbi, et Aetheri notissimus,
Vir frugi ad unguem, cui poeta nobilis:
Tendens ad astra, liquit hoc sub marmore
Mortalitatem, omnes et ægritudines.
Vates beatus astra summa possidet:
Quin Cycnus alter splendet aureo sydere.

ALIVD.

25

56 FER maris huc Roses, immortales Amaranthos,
Laurosq, et Myrtos, queis uireat tumulus.
Hîc magnus Vates, hîc præclarissimus Heros,

Hîc

EPIGR.

Hic ille ERASMVS, noster Apollo, iacet.

AD SERENISS. SENATVM VENETVM.

PACIS amatores fatalem conditis Arcem
Contra illam hostilem, quæ inferat arma, manum.
MARCIA Gens nomini, quin et MAVORTIA, quando
Res poscat: tantæ pergite moles opus.
Indite ei nomen, quo tellus ipsa uocatur,
Qua fruitur. foelix nomen, et omen habet.
Omenq; et nomen uictricia gesta sequantur.
PALMATA ARX PALMIS aucta sit usq; nouis

DE VENETIS, ET VRBE PALMA.

28

REGINAM Oceani Cybele prosperrerat unda
Adriaca. stupuit: sed diadema magis.
Non de conchili structa, sed turribus altis,
Inuidit: longo tempore questa, silet.
Iuppiter huic tum. tibi nunc en PALMA corona.
Stupor hæc Terris, ceu stupor illud aquis.

DE PALMA, ET VTINO.

28.

EN crescit PALMA, en VTINO noua nupta paratur.
PALMÆ VTINVM sponsum se haud minus, ecce, parat.
Diuus, Hymen, MARCVS, VENETA est et, pronuba, diuua.
Quales Vir foetus, atq; Virago dabunt:
Iungite iam dextras, et connubialia iura
VTINVS et iam sit deniq; non VTINVM.

VTINVS cum penul. longa ab VTENDO: VTINVM cum penul. breui ab VTIN aduerbio optandi, intelligatur.

SEDVLIVS

SEPVLCHRETVM HEBRÆORVM INTRA MOENIA VTINI,
Vtinum alloquitur, dum vtinea munitionis ergo
abscinditur, & coarctatur.

38

HÆc mea damna mihi non est sufferre molestum.
Tu, circumcidi quomodo te pateris?

AD HERSEN.

39

ET uelles fieri, si posses, masculus, Herse.
Ecce potes. tibi ego mascula membra dabo.

AD MATREM ILLAM FAMELICAM HEBRÆAM.

37

QVÆ tam dira fames tibi suasit nidere natum,
Crudelis genetrix, et mage dira fame?
Tunc miseranda quidem, et lacrymis ueneranda fuisses,
Pauisses natum si pia, parta tui.

121

EP. PORCIÆ COLLORETÆ RICCHERIÆ.

33

PORCIA Pompei, cedat, cui Porcia Bruti,
Ricchery coniux, nobile marmor habet.
Huic amor in natos, præsignem honor inq; maritum,
Inq; Deum culeus torrida pruna fuit.

PATRIS IN NATIS ET INGENTIUM FILII.

39

TANTVS erat tantos ardor mihi nosse parentes,
Vt, coeleram ortum, nascerer ante diem.

Heu,

EDTDR

Petre tu alij [illegible] flectere, nolentes.
[illegible] per [illegible] a, recte te uidere ses.
Hoc, me tantum tam exigua una capit.

IN NVPTIIS MARCHESII FORTVNATISSIMI,
ET LVCINÆ NOBILISSIMÆ.

35

MARCHESIO LVCINA datur. MARE is, est ea LVNA.
Sic splendet nitido LVCIDA LVNA MARI.

36

AD MILLVLAM.

MILLVLA bella uenit, quæ nult colludere mecum,
Intempestiuo cuius amore cremor.
Di uel me puerum, cum ludus poscebat: illam
Vel facerent, qualem iam cupio ustus amans.

122.

AD GALLAM.

37

CEV Tropicos inter currit Sol, atq; recurrit,
Temporis est sic olus, et tibi Galla minus.
Nunc nouem, atq; decem, nunc sunt tibi Galla uiginti,
Nunc uiginti anni, nunc nouem, atq; decem.
Scilicet ætatis Cancri hi sunt, et Capricorni
Galla tuæ, Iuuenis Galla, simul q; Senex.

DE PRAXIA, ET NICOMACO.

38

PRAXIA, Nicomacus uir, coniux sunt simul usq;
Inter eos magnus non nouit esse amor.

Mensa una, una illis mappa, et lanx, atq; lagena.
Inter eos magnus non ne uidetur amor?
Una esca, unusq; est culter, cyathusq; meruncq;.
Inter eos magnus non ne uidetur amor!
Omnia sunt illis communia, et unica semper.
Inter eos magnus non ne uidetur amor?
Hæc fiunt, quoniam metuit sibi quisq; uenenum.
Inter eos nullus non ne uidetur amor!

[illegible] FILIO

39

[illegible]

QVANDO ego me aliter [illegible] reuocare parentem,
Hic Bernardinus nomine dictus erit.
Nec fefellit omen, simili nec imagine uultus.
Sic proba uita: pater tunc erit ille meus.

40

FAc faciat famula: uxori inquit sæpe maritus.
Est ancilla rudis; sed domina ipsa magis.
Imperat hæc illi nunquam, nunquam illa agit ultro.
Quid? serua, à domino sedula facta, facit.

DE CAVSIDICO.

41

CLAMAT causidicus quidam, nimis ore strepitq;.
Voce valet multum, lege sed esse nihil.
Vnde hæc edidicit? quæ schola, quis aut fuit author?
Nempe author uulgus, platea schola fuit.

EPIGR.

AD GEMMINIANVM SABILIVM CONCION.

42

SVNT gemmæ sensus, gemmæ pretiosaq́ uerba.
Vel tu nos gemmas GEMMINIANE facis.

IN CINERES COECILIÆ CORNELIÆ NOB. VEN.

43

58 VSSIT corda Deûm mediis Cornelia in undis.
Vertit eam in cinerem incendia magna Deûm.

ALIVD.

44

59 COECILIÆ cinis hac paria se[illegible]r in urna.
Quis custos! prorsus lumin[illegible] patrus, Amor.

EP. THADEÆ NOB. SPHIM.

45

124 60 EXVVIÆ præclaræ animæ, spolia usq́ uerenda
Tantæ matronæ, non THADEA est tumulo.
Luce alia fruitur diuina luce refulgens.
Nunc nil cum fragili corpore, ut ante fuit.
In terris uixit summa integritate virago.
Ore iuuans, et re, quindecim olympiadas.

ECHO SOLVTO PEDE DESCRIPTA.

46

61 VRNAM adeam! Deam! Ecce Echo. O'.
Deam ista! Tra. Taceam! Eam. Vt non
dignus. Non dignus. At mortalem. Talem.
Quam ergo habet urna ista, deam! THADEAM.
THADEAM Sphimbergiam[illegible] eam
[illegible] Hem.
[illegible] est hic urna in
Heu

LIB. III.

Heu. Heroinarum exemplar. Harum exemplar.
Digne personabunt. Sonabunt. qui tot
Eius laudes, omnium dolores. Olores.
Urna cum ista dea vale. THADEA vale.
Echo et tu. Et tu. Vaaleas. Eas.

IN OBITVM IACOBI CLAPICEI MEDICI PHI.

147

62 CLAPICEVS iacet hîc medicus. mors tollere ut illum
Non potuit morbo, sustulit absq; malo.

EP. IACOBI CISTERNINI IVRISC.

148

63 EXIMIVS Legum doctor sub mole Iacobus
Hac Cisterninus (prob dolor) ille iacet. 125
Ille, altum iuris columen, praesentia cuius
Regia, regium erat cuius et eloquium.
Credere mortuer, facile est quod credere, mortem
Se ipsam saevitia nunc superasse feram.

DE IESO IACOBO, ET LEONARDO FRATRIBVS CISTERNINIS, hoc uiuo, illo mortuo, alludens insignibus.

149

64 SVB dio a' diuis constructum e' marmore fontem
Flumina de Coelo bina aluêre diu.
Quin duo coelestes obseruauêre LEONES.
Vnum sed flumen, nunc LEO et unus adest.
Adsis perpetuo LEO fonti, perpetuo amnis:
Irriguus semper fons manebitq; Solo.

EPIGR.

IN FVNVS MARGARITÆ

50

65 Non ego non credar potuisse haud uincere nostra
Arte hominem, tulerit ni mihi foemina opem.
Possum: sit quantum ualeat uir fortis, et idem
Callidus hæc dicens martigenam hostis adit.
Hostis regnator tenebrarum, morteua regna
Qui tenet, et uiuis insidiatur atrox.
Inspirans falsum, heu, uicit. sed tollere honorem
Vxori, quam uir sustulit, haud potuit.

ALIVD.

51

66 Amisit corpus moriens castissima coniux.
Amisit perimens uir propriam ipsa animam.

ALIVD.

52

67 Fallaces sensus ludunt, ut somnia, mentes
Coecus Amor: coecus plus nimio ille, qui amat.
Ecce autem, immodicè sponsus dum diligit, odit.
Fitq; in amore ferus, fitq; in amore furens.
Si in me totus amor, sponsa non ne est indiga amoris.
Dixit: et, heu, perijt, quæ illum amat et moriens.

ALIVD.

53

68 Res hac marmorea pretiosa absconditur urna,
Lucidus, et solidus Ros, sine labe nitens,
Gemmarum longè nitidissima MARGARITA,
Vt sit in Eoo par sibi nulla mari.

Persephone

Persephone iniusta occuluit, quam seruat amare.
Astat, se excrucians, nocte, dieq; uigil.

ALIVD.

58

89 SENSIT ut ad Barathrum Coniux properare maritum,
Prosilit Elysiis, hunc miseratа, plagis.
Atq; illi accurrens, potuit uix dicere tantum.
Me miseram, misero quod tibi uulnus inest!
Quod tibi (respondit) malè laesit corpus honestum.
Hoc anima impressa, me abstulit ipse dolor.

IN TVMVLO PRINCIPALIS MANTICÆ

59

90 VIRTVTE princeps omnium ualentium,
Sceptroq; digne, digne honore et principum,
Princeps amicûm, quem colo usq maxime:
Quas funde lacrymas intimo de pectore,
Has accipe. heu heu, lugeo, et mœrens gemo,
Quòd tam repente es raptus, ac absconditus.
Semper dolebo, nec uidebo te amplius
O principale mantica domus decus,
Spesq unica, et Splendor Naonis inclytæ!
Suspiria ecce en quæ. sed animam o tu patris
Accipere. traderem tibi propriam animam.

AD ALEXANDR. PAVL. SEC.

KAIPE inquit socero paulino Cancinninus

56.

TOLLANT se fluctus, conspirent undiq uenti,
Et nostram exagitent, iactent in saxa puppim

Nauifraga

Naufraga sub Cælo, quod sit pice nigrius, atra
O senio uenerande pater, uirtuteq; multum:
Nunquam clamabo auxilium à Diuo Paraspede;
Sim potius mergis, et monstris esca marinis,
Cuncta pati potius Fortunæ damna paratus
Aspice hirundo utrum, an sim de stirpione cucullus.
Fortuna arridet; nam nostri nunc sumus, hoc est,
In nostra patria, et nida sat mente quieta.
Nec contra Genium, et matrem nos quærere, ut ante,
Cogimur hospitium, quæis mors est ipsa, repulsa.
Trebatium laudo Nocemicis, nobilitate,
Utraq; et forma de uxore est (scis) mihi sermo,
Quam duxit. quid plus, hæc si Sol fertur Amoris!
Laudo te in primis rude tam donati, et in urbe
Utinea immunem, quod restat, ducere, uitæ.
Et laudo natos, qui consuluêre parenti,
Natos non strictos, sed largos erga parentem.
Franciscum uero de hac re non laudo, quod ipse
Tam ingenuus, fidus, summa integritate redundans
Ire uelit, qua frons, fraus, et scelem omnia regnant.
Æternum uiue. et quod amamus, dilige cætra.
Nunc, cum Splimbergi (haud uacui) nos scribimus ista,
Virginis à partu penderent, quinq; si adessent,
Supra mille, anni sexcentum in sydere Libræ.

DE BERNARDINO CONTARENO FR. CAP. THEO.

PISCATVM pisces iure iuit deniq, postquàm
Nullus homo fuit, qui caperetur, erat.
Piscis se captum non est, qui iure grauetur,
Cum ne dum pisces, sed capit hic homines.

AD

59

GNOSSIA quem uitis produxit mixto liquorem
Indusum puro [illegible] uitro
Munera parua quidem, sed magnus sensus in [illegible]us,
Hoc cum sit nitidum, suauiter ille potens.
Ille tuam [illegible] signat, mentem hoc q figurat.
Quid? quamuis modica, haec grandia dona putes

AD QVOSDAM COMPOTORES AMICOS

59

PERGITE natalem uestrum celebrare quotannis
Tam multis epulis, tam uario q mero.
Viuite. sit quantum esse potest at uiuere longum.
Attamen heu, aderit mors inopina breui.
Quae nos a nobis quando seiunxerit, uno
Hau nunc sublato, nunc alio, atq alio,
Nulli eritis, quin nec nomen post fata manebit.
Causa erit, hoc uatem non habuisse die.

IN OBITVM GARZONII.

60 [illegible]

POSSESSOR omnium cerebrum est mortuus.
Quam quisq moriens alius, hic plus perdidit.

IN MVTIVM EVERSOREM IVGLANDIVM.

61

MVTIO omne damnum comprecantur, et uocant
Sibi Iouem ultorem ob nuces pueri erratae
O Iuppiter clamant, Iuglandium deus,
Fac tota merces huius haud ualeat nuce.

IN

EPIGR.

IN VRTICOSVM [illegible] VERNESIVLAE.

62

LVXVRIOSA iacet Vernasilla hic, quae usque amantes,
Hinc sic uertices luxuriat tumulus.

EP. MERETRICIS, NOMINE VITVLAE.

63

CONDITVR hic meretrix (uitulam dixêre) senella.
Dixissent uaccam, uel uetulam melius.
Quomodocunq; siet, uitula hic humana sepulta est.
Pasce pecus tumulum. gramina, uiua, dabit.

IN CARDINALATVM ILLVS^MI MANTEGAE.

64

ECCLESIA exulta tanto auxilii incremento.
Surgant Centimani: te MAN^a tega TEGAt

DE HENRICO FILIO

65

POSTQVAM me liquit frater, [liquitq; Sabinus,
Henrici ut accenseus, uita fuitq; Gremis:
Appellam Henricum, qui nunc mihi filius ortus
Illius sit similis; uiuat at ille diu.

DE IO: ANTONIO BORALIO MEDICO,
ET PHIL: COMPATRE.

66

EREPTVM stygiis, superas me uexit ad oras
Et uitam dedit Antonius, dece, meus.
Vidi umbras, q. in Persephonen, Plutonq;, et atras

Illius

Illius sedes, contemptaq; uidens
Illic nil laeti, nil usquam pallor ubiq;,
Et pauor. o nostrę lux adamanda plagę.
Ducimus hic choreas, terram pulsamus et aeres
Alterni pedibus. pocula nos hilarant.
Ergo certatim cyathos sumamus amici,
Cantemusq; nouum Thoebigenam hunc iuuenem.

DE NVPTIIS ILLVS. D. D. IOSEPHI BARTESTANII, ET LVCRETIAE SEILI COMATIS.

67

CONSILIO, arte Deę, cum stemmate clarus Ioseph
Alcoin Nympharum uix LVCO RETIA tendit.
Lucrum habet et prędam: qualem uos dicite musę.
Venator, foelix est sua quę prada!

AD QVENDAM PVBLICVM FOSSORATOR

68 Sanctę imagines ob amantiam pietatis

ARA est ficta tibi, funalia cerea ficta
Candelabra duo sic quoq; ficta nitent.
Mantile est fictum, fictum puluinar utrunq;,
Marmore de ficto stantq; columna duplex.
Illa oculis apparent; sed inania tactus
Indicat: egregium nobilis artis opus.
Omnia ficta tibi iactet cum porticus ista,
Sic tua ficta etiam relligio esse potest.
Sed cuiq; esse potest iniquum, si id co nitur: accę
Ulius, nam fugiuat, non habet ara deos.

SEPVLCHRVM TERTIAE

undaquaq;

69

77 QVEM nam sepulcrum funebris te- am lapis,

EPIGR.

Ah ne rogato, ne occupet tan-us dolor.
Tuum cor, ut moriaris. audiens unde.

75 EPIT. VIRI, ET UXORIS
inter se necatorum.

70

64 In tumulo duo sunt. est coniux, atq maritus
Mutua concordes vulnera ferre sibi.
Hic petit, hoc repetit ferro: se se ambo cruentant,
Donec eam litem componere nece.
Ladare se unanimes, pariter voluere perire,
Pacq; perpetua hic claudier unanimes.

EPIT. HOMINIS NEQVAM.

Ille notus, scriba olim tam falsus, iacet intus.
Non est mera falsus, scribere rarq; nequit
Debucrat sylvis inhumatum stare cadaver,
Sed parsum est sacri religione patris.

AD EPIXETEVM.

quasi nudus alearum primarius, [illegible] gramma [illegible]
[illegible] aliquantul[illegible] morando [illegible]
nō insane negotium [illegible]
Et petis ut Veteres celebrer tibi carmine dicam!
Ecce tibi VVVS, nam vetus et celeber.
Additur atq VNON VVO, —PHYSq V—NI.
Quae potis esse iste turba vetusta magis!
nè satisfeci. iam! veniente V—NO.
Vis alios! alios f[illegible] unde petas.

n

ARCTOAS
Virorum aliorum in superiori epigrammate.

Horatius Serm. lib. 2. sat. 4, uersu 1.
V. et quo Catius? - fuit Philosophus sui de re[illegible] aeui
Virgilius Ecl. 3, uersu 40.
I medio duo signa, Conon, - fuit Samius Astro[illegible]
Ecl. 4, uersu 34. - fuit Argonautas gubernau[illegible]
Alter ab integro Tiphys.
Martialis lib. V. Epig. in [illegible]m Antonium.
Antoni Pharia nil obiecture Pha[illegible]. - fuit Pompei interfec[illegible]

AD IO: BAPTISTAM MANTICAM.

33

INVIDA natu Erebi quoties est nixa columnas
Vertere tergeminas MANTICA clare tuas:
Incassum sperat tantas prosternere moles,
Dum putat immotas, fulta, carere basi.
Non basis in terra, nanq; est fundamen Olympus.
En Leo coelestis, quin Iouis ales adest.

133

RECENS INSCRIPTIO TVSVRI MAIORI BVSTO.

34

IANVS Dominicus Cancianinus
Natis, atq; suae posteritati
Instaurat tumulum, fuit sua et esse
Hic ossa. at ueniat mors pede claudo.

FABELLA
DOLORIT FALSI DAEMONIS ILLVSIONES,
ET EIVS AVERIT PROTERVITATEM

35

CORPORE deposito dum ne tu Thessala virgo
Aegle te tenuat, fit similis dea,
Et comites imitata pares ps, hiq, saltiq,

Hirci

Hirci Acharonteæ pulla ; ^ga premit :
Pone rubum inuentum, pulchrum ejus corpus amator
Contrectat. Damon spretus amator erat.
Sit cum spiritibus, sit semper spiritus Aegles,
inquit, cum membris hæc mea reperta meis
His dictis. Operi se accingit, hirsutaq; lubo
Se totum aechnat, gaudia prima petens.
Tum subito hircus adest, Aegles quæ gaudia nouerat olim :
Et cornu in podicem luxuriantis agit
Quò fugis ô Damon? tua non uestigia Damon
Insequitur. Saga est, qui fuit ante, pudor.
Ille fugam glomerat ; cauásq; captarius intrat :
Iam pœnas hirci dant necæ, quot quot habet.
Maximus ille hostis, qui se transmutat in hircum,
Immensis gaudet uel sine fine probris.
Quæ si quando arcet : facit hoc, quia fraude mouetur.
Prodest, maiori ut possit obesse malo.

AD HORATIVM VERGERIVM MATHEM.

NON tantum nubes, sed qui transcendis Olympum,
Dat tibi Vergeri Cancianinus aue.

Illa cruces, stellas, ARTI GLADII q figuram,
Et Sc commendat ; dat tibi iamq; uale.

AD IO: RALLIVM INCYNTHIVM RVRENSANTIC.
ITEM

Rare dii, rare et TB musarum, Ralle, sacerdos
MVSARVM, atq dei, uerinquam, Ralle, Sacerdos
Optime ; nunc qui dagis ? quæ condis ? maxima nempe.
Cynthius est in te, cum gratia tu incola Cynthi,
Curaq. Salue. ego his tibi dixi Ralle salutem.

DE

DE ILLVSTRISS. CARD. CYNTHIO ALTO-
BRANDINO CLEMENTIS VIII. P. MAX.
NEPOTE MERITISS.

78

NVNC opus est Vatis cithara, fidibusq; canoris,
CLEMENTEMq; lyra personuisse Iouem.
Illud præsidium, illud dulce decusq; poetis,
Mæcenatem, eius restituit pietas.
Quin dedit, ecce, aureum (summa o CLEMENTIA) Phœbum.
Nunc opus est fidibus, nunc cithara, atq; lyra.
Templa tibi Diuo, CYNTHI, statuuntur, et aræ.
Ast ego, quod possum, do tibi, thura, preces.
Forsan erit tempus, quo me respexeris. illo
Tempore quæsitus ero. munera quanta feram.
Ne cito te hinc tollas [illegible] ætherei Olympi.
Hic adsis. Terris te inuideatq; polus.

ALIVD.

79

APTABAT roseis iam sese Aurora quadrigis
Tithoni antiquum fugiens de more cubile,
Cum me ad Romuleum Morpheus, syrenq; virgo,
Quam genuit Tempus, rubit et sub luminis auras,
Vexerunt omnem, at posuêre in margine ripæ,
Grandia spectantem, atq; animo non parua mouentem.
Nec mora, arundineo Tybris uelatus amictu
Ridentem ostendit faciem, et se sustulit alueo.
Hunc ueneror. tandem et compello fortiter ausus.
Quam mihi respondet facilis; nam se obtulit ultro.
Quis nam erit ille deus, cui templa ad sydera surgunt
Tam miris spectacula modis? quis? CYNTHIVS ille,

Luce

EPIGR.

Luce ſua totum terrarum qui imbuit orbem.
Et tamen excelsæ manet intra mœnia Romæ.
Qui ſunt artifices, qui operantur! quisq; Sacerdos,
Qui ſe in lucidulis permeſſi lauerit undis,
